

Universitätsbibliothek Wuppertal

**Danielis Chamieri Delphinatis Panstratiæ Catholicæ, sive
Controversiarvm De Religione Adversvs Pontificios
Corpvs.**

Tomis quatuor distributum. : cum indicibvs necessariis.

De Homine Corvpto et Instavrato

Chamier, Daniel

[Frankfurt], 1627

Liber vigesimustertius, De poenarum condonatione

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

urn:nbn:de:hbz:468-1-885

beatos illos spiritus: nemini mirum esse debet, & nos iustos fide, & illos minimè. Quanquam, fidem esse iustitiae essentiam, viderit Salmero à quo compererit affirmatum: nos vero meminerit, ab eo portento esse quam alienissimos.

XXII. Tertium Salmeronis Sophisma. Sicut iustitia legis non est lex, ita nec iustitia fidei est fides: sed, sicut per legis obseruantiam veniebat iustitia Mosaica, ita per fidei obseruantiam venit iustitia Christiana. Hinc Apostolus ad Philip. 3. dixit, *Non habens meam iustitiam quæ ex lege est, sed illæ quæ ex fide est Christi Iesu:* non dixit, quæ fides est Christi Iesu, sed quæ fide Christi Iesu comparatur, & aliter.

XXIV. Imo, quam appellat iustitiam Mosaicam? Nam nos, ex observatione legis Mosaicæ, si obseruantio supponatur, scimus veram apud Deum iustitiam esse: teste Christo, *Si vis in vitam ingredi, serua mandata.* Enim tamen: quæ iustitia aperitur ingressus in vitam æternam, eam iustitiam oportet esse non Mosaicam, sed diuinam. Veruntamen, nihil argumentum habet virium aduersum nos, qui non dicimus, fidem esse iustitiam: sed, imputari pro iustitia: siue, ex fide esse iustitiam: siue, fide comparari: si quidem hoc verbo sibi Sophista malit aures demulceri. Etsi non dicimus, ea fide eam iustitiam ali: sed alteram, quam inhærentem concedimus. Postremo, ridiculè comparantur lex, & fides, quasi eiusdem essent ordinis. Atqui lex consideratur abstractè à sui obseruantia: siue mavis extra eum, qui legi se iustificari sperat. At fides non ita; quia designat habitum eius qui iustificatur, & quidem inhærentem: quare non est aliud fides, aliud fidei obseruantia: ac proinde, si concederetur fidei obseruantiam esse iustitiam:

necessere foret concedere; ipsam fidem esse iustitiam. Sed Sophistis, quid dicant, nihil est pensi, dum verba profundant: & quidem plutimum legitimis sensus inania.

XV. Postremo loco hæc duo sunt eiudem *πορευολίπηνα.* Fides dicitur ab Apostolo reputari ad iustitiam: at quod reputatur ad iustitiam apud Deum, ex gratia est: ergo fides per se non est iustitia, quæ iure suo obliget, & debitorem sibi Deum constitutat. Item, teste Apostolo, Gentes per fidem in apprehenderunt iustitiam: ergo aliud est fides, qua accipimus, aliud iustitia quam accipimus. Nam si unum & idem essent, idem apprehenderet se ipsum; quod fallum est. & absurdum.

XXVI. Non merebantur huicmodi ineptiarum quisquilia, in tam graui disquisitione locum inuenire: nisi interest prodi omnibus naturam ingenij sophistici: cui nihil tam leue, imo nihil tam ineptum, quo non aufer veritatem impugnare: quomodo in monomachia, quibus vera arma sunt excusa, ij nihil non obvium rapiunt, & simum, & lutum, & quid non? quod in ingrumentum hostem iacent. Sed non ut olim Philisteos donuit asini maxilla, sic hodie veritatem profligabunt nænia. Cæterum, concessimus iam dilicitem esse inter iustitiam imputatam & fidem, ita ut hanc dici iustitiam nisi *σωματιδιός,* siue *μετρούμενα,* non simus passuri. Multo minus toleremus illa verborum monstra, *Quæ iure suo obliget, & sibi debitorem Deum constitutat.* Quare nihil est, quod nobis hinc metuamus in commodi.

FINIS LIBRI VICESIMI SECUNDI.

LIBER VICESIMVS TERTIVS.

De

POENARVM CONDONATIONE.

Caput Primum.

DE POENIS PECCATORVM CONDONATORVM, STATVS QVÆSTIONIS.

I. Controversia de iustificatione, post primum de Imputatione, & secundum de Sola fide, tertium erat propositum caput de Remissione peccatorum, cui noster nunc debetur labor: nam neceius sinceritatem Papistæ passi sunt esse sarcam teatam, primum, negantes semper esse plenam: secundo, defensum sarcientes per satisfactiones, quas geminas constituant, vnas proprias, reliquas alienas: vnde triplex quæstio disputanda: quanquam haecenus ex prima secundaq; facta sit vñica.

II. Et disputata, Hosio Confessionis cap. 48. Lindano Panopliæ lib. 4. cap. 70. & seqq. Dauentria ad artic. 12. Confessionis August. Dominico à Soto de natura & Gratia, lib. 3. cap. 6. Alberto Pighio Controversia 9. Clichouæ Antilutheri libr. 3. cap. 15. Petri Aurato, paradoxo 86. Eckio homilia 49. tom. 4. Catechismo ad Parochos, in capite de Pœnitentia. Archangelo Rubeo in opere Sacramentorum ad distinct. 15. quarti Sententiæ. Tappero Artic. 6. Roffensi ad artic. 5. Assertion. Lutherana. Croquetio Catechesibus 17. & 1765. Klingio Locorum lib. 4. cap. 37. & 38. Ioanne Dauio Perrono, de Satisfactionibus. Bunderio Compendij concordationis huius seculi titul. 16. Feuardentio Theomachia libr. 13. cap. 28. Costero Enchiridij capite vndecimo. Bellarmino de Pœnitentia libr. 4. Salmerone tom. II. tractatibus 23. 24. & 25. Vasque in 3. Thomæ disput. 2. 3. & 5. Peltano libr. de nostri satisfactione. Gregorio de Valentia Tom. 4. in Thomam, disputat. 7. quæst. 14. & tom. secundum disputat. sexta quæst. 17. punct. 5. Andradio Orthodoxarum explicationum lib. 8. Turriano pro Epistolis libr. 4. c. 3. Bailio par. 3. Catechismi. q. 12.

III. Caluino Institutionis lib. 3. c. 4. §. 25. & seqq. Melanchthon in Loci Communibus, cap. de Satisfactione: & in Apologia Confessionis. Musculo in Loci Communibus, de Remissione peccatorum c. 7. Bucero in Cōstanti defensione c. 112. Martyre in Loci Communibus partis 3. c. 8. Sadeele tractat de peccatorum remissione aduersus humanas satisfactiones. Chemnitio Examinis to. 2. ad seif. 4. c. 8. Petro Molinæo in aquis Siloe. Andrea Riueti Summe Controversiarum tract. 3. q. 12. Debeaulieu Euangelij Romanij lib. 1. Sutliu de Indulgencij c. 10. 12. & 13.

IV. Distinxerunt Papistæ in peccato, culpam & poenam: tum poenam, in temporiam, & æternam: temporariam iterum, in eam quæ huius seculi, & eam quæ alterius. His substratis distinctionibus, vt solent acuminis solertiaq; vires intendere, vt Scripturas luxent, deniq; definiunt, primum posse ita remitti culpam, vt non remittatur poena vniuerfa. Pronuntiavit Synodus Tridentina, sessionis 4. c. 8. *Sancta Synodus declarat falsum omnino esse, & à verbo Dei alienum, culpam à Domino nunquam remitti, quin vniuersa etiam poena condonetur.* Et can. 12. anathemate ferit, *Si quis dixerit, totam poenam simul cum culpa semper remitti à Deo.*

V. Deinde, statuunt in Baptismo plenariam esse remissionem vniuersæ tum culpæ, tum poenæ. At, post Baptismum, si quis peccet, restitu qui dem posse in integrum, ne à Nouationorum partibus stare videantur: rerum 1. ingè difficiilius quam in Baptismo. Remitti enim duntaxat culpam sed & poenam æternam, pœnitentibus: retineri tamen poenas quasdam

temporales, partim in hac vita, partim exsoluendas in futura, id est, post mortem: vnde ijs necessarium Purgatorij fuit & dñficiū, quod suo haud ita multo post loco occurret.

VI. At Catholici credunt, prout Caluinus expressit in Catechismo: *Quid tibi Remissionis verbum significat?* Deum gratitudo sua bonitate ignorare ac condonare peccata fidelibus, ne in iudicium vocentur, aut exigatur de illis pena. Nec quicquam habent certius, quam Deum indulgentiam suam non dimidiare: sed aut omnino denegare, aut plenariam concedere. Quibus deneget, ijs & culpam imputari, & penas exigi, imo non alio fine illam imputari, quam ut hæc exigantur. At quibus indulgentia concedatur, ab ijs & culpam deleri, & penas non reposci: imo nullum alium in finem culpam deleri, nisi ut penæ non exigantur. Disputabit autem primo argumentis generalibus: deinde proprijs penæ tum post mortem, tum in hac vita.

C A P. II.

Argumenta Catholica, quibus probatur, remissa culpa, nullam retineri penam.

I. Nullam retineri penam condonati peccati, sic probabimus. Primum argumentum. Nulla pena est, vbi nulla est condemnatio. At quib. culpa remissa est, nulla condemnatio est. Ergo ijs, quibus culpa remissa est, nulla pena est.

II. Maior per se manifestissima est: quia, teste sensu communi, damnatio non simpliciter significat improbationem facti: sed insuper adiudicationem penæ. Vnde Matth. 20. *Et condemnabunt eum morte.* Marci 14. *Illi omnes condemnarunt eum esse reum moris.* Etiam absolute positum: Matthæi cap. 27. *Tum Iudas, qui eum prodiderat, videns eum condemnatum esse,* Enimvero quum differant, accusare, & condemnare, quis nescit per accusationem significari facti improbationem? condemnationem vero progreedi ad vsque penæ adiudicationem? Pater ex Ioan. 8. *Mulier, vbi sunt illi tui accusatores?* *Nemo te condemnavit?* *Ipsa vero dixit, Nemo, Domine. Dixit autem ei Iesus, Nec ego te condemnabo.* Atqui si condemnare dicas tantum improbare, siue ream criminis iudicare: profecto utrumque falso: & neminem accusatorum eam condemnasse: cur enim accusarent? Imo cur dixissent, κατηγόροι ἀντίφαση, deprehensa est in ipso facto? Et Christum ipsum non condemnasse. Quam enim alienum est à perfecta iustitia, vt adulterium non improbet? vt adulterum non pronuntiet adulteram? Sed & status quæstionis à Iudæis propositæ nihil recte ambiguum, *In lege Moses mandauit nobis, vt tales lapidarentur.* Tu ergo quid dices? nimis, esse puniendam, necne? Nam tentabant & spéabant, iudice Augustino, responsurum dimittendam, id est, nulla pena sufficiendam. Imo responsio Christi manifesta. *Qui vestrum immuris est à peccato, primus in eam iaciat, lapidem.* Vnde certum, quum postea quæsivit, *Nemo te condemnavit?* non aliud voluisse, quam utrum nemo de ea penas sumpisset. Hoc modo utrumq; verum: neq; accusatores, neq; Christum eam condemnauisse, id est vñi poena adiudicasse.

III. Mi-

III. Minor probatur. Iis qui sunt in Christo, nulla est condemnationis. At quibus culpa remissa est, iis sunt in Christo. Ergo, quibus culpa remissa est, nulla condemnationis est. Maiorem sufficit nobis Paulus totidem verba, ad Romanos 8. Nulla igitur nunc est condemnationis iis qui sunt in Christo Iesu. Ad quae verba Soto, In hoc tandem capitulo concludit, ab omni nos deinde damnatione seruasse, tam culpa, quam pœna. Salmero, Ostendit eos, qui Christum sectantur, ab omni malo culpe, & pœna liberatos esse. Thomas, Nihil damnationis esse residuum: quia & tollitur damnatio quantum ad culpam, & quantum ad pœnam.

IV. Probatur minor, quia, iis qui non sunt in Christo, non tantum pœna, sed ne culpa quidem remittitur: alioquin oporteret aliud quoddam esse nomen sub celo, in quo constaret salus. Deinde Thomas, His qui sunt in Christo Iesu, id est, qui sunt ei incorporati per fidem, & dilectionem, & fideli sacramentum: ad Galatas tertio: omnes, quoiquot in Christo baptizati estis, Christum induistis. Denique ne ipsi quidem Papistæ contra disponunt.

V. Habemus ergo magnificum, & locupletissimum Pauli testimonium: nullam esse condemnationem: (& Latinus Interpres fortius, nihil damnationis) hoc est, ita remitti peccata iis qui sunt in Christo, (villis autem a lijs remitti, quis dixit?) vt nulli pœna adiudicentur: ac proinde nulla exigitur. Nam si exigetur quædam, ergo aliqua esset condemnationis. Atque ita tanto certius, quanto notius omnibus, vniuersalium negantium, necessariam esse veritatem, non indefinitam, ut plerumque affirmantium, denique terminis reciprocum: vt, nullus homo est lapis, sic, nullus lapis est homo: similiter, vt nulla condemnationis iis qui sunt in Christo: sic quibus aliqua condemnationis, iis non sunt in Christo. Itaque, si condemnationem distingui toleremus in condemnationem culpæ, & condemnationem pœnae: & pœnam aliam temporariam, aliam æternam: tamen non potest excipi, nullam quidem condemnationem esse culpæ, sed aliquam pœnae: aut nihil pœna æternæ, sed aliquid temporariae. Hæc siquidem non omnes tantum, sed etiam singulæ limitationes, sive exceptiones, contradicunt vniuersali negatiæ: quod norunt Logicorum pueri.

VI. Respondisse mihi alias memini, hunc locum urgenti, Iesuitam Gautierum, mala fide recitatum esse locum Pauli: neque enim dixisse tantum, eos qui sunt in Christo Iesu, sed addidisse, qui non secundum carnem incedunt, sed secundum Spiritum, ut ne quoscunque Christianos designaret, sed eximios quosdam, quibus nimis conuersatio absque peccato. Sed & Peltanus negat, Paulum promiscue de quibuslibet Christianis differere: sed de iis potissimum, qui Baptismi Sacramento initiati, non secundum carnem ambulabant, sed pie innocenterque vitam traducebant. Idem Bouerius.

VII. Verum ineptè, & otiosè. Non equidem, quod non agnoscam verillimum, non omnes Christianos à Paulo ab illo via exceptione comprehendendi: si tamen Christianos haud aliter metiatis quæ solent Papistæ, ab externa professione. In his enim, quisignoret, multis esse certissimam damnationis: atque hanc non pœna tantum temporaria, sed etiam culpæ: atque adeo æternæ pœnae? At neque Paulus, neque nos nominabimus Christianos, tam infinito titulo, verum eos qui sunt in Christo: numerum, qui non tam externa professione, quam interna veritate Christiani sunt, neque enim alias viros Paulus agnouit esse in Christo. Soto, Hoc postremo verbo admonemur, beneficium hoc non vniuersos mortales, sed illos penitus, qui fide per sacram Baptisma illi copulantur suscipere, eo quod sunt in ipso, sicut palmites in vite, in qua qui non manserit, (vite id ipsa testante, non potest fructum ferre charitatis). Thomas similiter paulo ante descripsit incorporatos per fidem, & dilectionem, & fideli sacramentum.

VIII. Quæ significat Apostolus omnibus Christianis nullam imputari culpam, nullam relinqui pœnam. Quod si obtemperamus, abunde satis factū erit questionis Nam de iis Christianis, qui præter nomen Christianitatis nihil obtinuerint, cur simus solliciti?

IX. Illud ergo, qui non secundum carnem incedunt: sed secundum Spiritum: non restrictio est, eorum quibus, quum sunt in Christo, nulla condemnationis est: sed explicatio, sive descriptio eorum qui sunt in Christo: unde Beza vertit, id est, qui non secundum carnem incedunt. Clarius: Nulla condemnationis est iis qui sunt in Christo; idem est ac si dicas, nulla condemnationis est iis qui non secundum carnem incedunt, sed secundum Spiritum. Si quos ergo Gautierus nouit Christianos, qui secundum carnem vivant, non secundum spiritum: cum iis agit ut volent, neque nos illis imperato paternos. Sed his ne dicitur reseruari pœnas temporales, neque amplius quicquam. Nos enim scimus, iis & retineri culpam, & seruari pœnas æternas non resipicentibus: Testis Paulus, Si secundum carnem vixeritis, futurum est, ut moriamini. Nec inuiti ab Athenagora audimus in Apologia, οὐτε τοῦτον τὸν πόνον εἰσαγάγεις, εἴ μη ἡ τοπογραφία τοῦ λόγου. Nemo Christianus nequam, nisi professionem simulet. Probamus & illud Areopagitæ postremo Hierarchia Ecclesiastica: οἱ μολυβαῖς αὐτοῖς εἰς τὰς κακὰς τοὺς νεοτεροὺς πεντετοκτίσαντες, αὐτοὶ τοῦτον τὸν πόνον δεσμόπαντας. Carnes φροντίζοντες τούτους νεοτερούς. Quis sordium pleni, & impianum macularum, si assequitur aliquam initiationem sacram, hac mente sua damnatur expulsi ex animo, in noxias astigerunt concupiscentias, nimis Christiani si qui sunt secundum carnem viventes, ιδεισθεντες τοῦτον τὸν πόνον τούτους νεοτερούς. Et hoc est cuiusquam? Paulus vindex erit eo ipso capite. Vos autem: & hac apostrophe est, non ad eximios quosdam, & paucos, qui perfectio nis statum (vt tandem Papistæ loqui didicerunt) profitentur: sed proficisci ad omnes Romanos dilectos DE: vocatos sanctos, id est vere Christianos. Vos autem non estis in carne: sed in Spiritu: siquidem Spiritu

tus Dei habitat in vobis. Quod si quis Spiritum Christi non habet, is non est eius.

XI. Multum erat, quod Romanos alloqueretur. Quia enim illi non proprij cuiusdam generis Christiani, inio nec proprio vlo, suo queire, magis quam alij, ergo si Romani, eo quo Christiani, non erant in carne, sed in Spiritu, sine dubio nulli Christiani in carne, sed in Spiritu omnes. Veruntamen addita negatio, rem ponit extra omnē dubitationis aleam. Quis enim dubitet, si verum sit, qui non habeat Spiritum Christi, cundem non esse Christi, non esse Christum: quis, inquam, dubitet, omnes Christianos habete Spiritum Christi? Nam hoc si fallum, ergo quidam Christianus non habet Spiritum Christi: ac proinde temere dictum, Qui non habeat Spiritum Christi, hunc non esse Christi. Enuntiata enim negantia si vera sunt, oportet reciprocari.

XII. Præclare Thomas in verba, Sic sunt non est membrum corporis, quod per spiritum corporis non vivificatur, ita non est membrum Christi, qui Spiritum Christi non habet. Justiniani paraphrasis. Nam qui hoc Spiritu Christi defititur, is nullo modo inter Christi sectatores, atq; discipulos numerandus videatur. Salmeron placuit Thomæ similitudo: Ut enim non est membrum corporis vivum, quod per spiritum corporis non vivificatur: ita ad Christi membra non pertinet, qui Spiritum Christi non habet.

XIII. Haec tenus Gautieri solutio. Bellarmini iam audiamus. Paulum eo loco disputare de concupiscentia, ac velle dicere, eos qui sunt in Christo Iesu, quiq; eius gratia muniti, non consentiunt motibus carnis sue, nihil peccati contrahere ex eiusmodi motibus.

XIV. Atqui mihi longè magis Thomas placet, Postquam Apostolus ostendit, quod per gratiam Christi, liberamur à peccato & lege, hic ostendit, quod per eandem gratiam liberamur à damnatione. Et primo, ostendit quod per gratiam Christi liberamur à damnatione culpæ: secundo, quod per eandem gratiam liberamur à damnatione pœnae. Et paulo post, Primo ponit beneficium, quod gratia confert, concludens ex præmissis: Gratia Dei per Iesum Christum liberavit me de corpore mortis huius, in qua existit nostra redemptio: ergo nunc, ex quo sumus per gratiam liberati, nihil damnationis est residuum: quia & tollitur damnatio quantum ad culpam, & quantum ad pœnam. Thoinam sequitur est Dominicus à Soto: In hoc tandem capitulo concludit, ab omni nos denique damnatione seruasse, tam culpa, quam pœna. Et post, Ac si dixisset, cum hoc duo fuissent mala, quorum eramus condemnati ob delictum Ada, scilicet culpa peccati, & pœna mortis, monstratumq; in superioribus fuerit, per gratiam Christi peccato contrarium, reuocatis nos esse in vitam eternam, si ut nulla sit nobis damnatio reliqua, neq; à lege peccati, neq; à lege mortis.

XV. Enimvero à Pauli scopo tam latè discedit Bellarminus, & qui cū eo sentiunt Perierius, Toletus, Salmero, ut neque cœlum, quod dicitur, neque terram. Fallum est, eo loco disputari de concupiscentia, fuit id factum cap. 7. atque eo constituto, nunc ad pleniorum transitu materialium solidæ scilicet consolationis aduersus iustum iudicium Dei. Quæ nulla est ex sensu illo. Nam quid est, si non consentias concupiscentia, nihil habes peccati? Nemo enim certus est, se non consentire concupiscentia. Ime nullus dari potest, qui non consentiat concupiscentia. Quia ipsa concupiscentia consensus est in peccatum, ut alias docuimus. Enimvero, plenissima hæc iustificationis doctrina est, quæ etiam iis qui peccati sunt rei, remedium proponit salutis obtainenda. Et vero ipse sub finem capituli precedentis lamentabatur carne feruere legi peccati. Quid? Seruire, non est consentire? Seruire peccato, non est reum esse peccati? Sed hoc ingenium est Papistarum, ut quicquid magnificum est in Scripturis de iustificatione, de gratia, id eneunt, extenuent, ac ferme redigant in nihilum.

XVI. Atque haec tenus primum. Secundum argumentum est à natura redemptio. Perfecta remissio liberat ab omnibus pœnis. At remissio per Christum facta, est perfecta. Ergo liberat ab omnibus pœnis.

XVII. Peltanus soluit dupliciter. Primum, negat maiorem. Nunquam, inquit, cum ratione euincies, non æquè ad Dei perfectionem pertinere, punire peccata, ac remunerare pietatis officia. Est enim utrumque adeo ipsi proprium, ut graues quidam Theologi descendere non ambigant Deum peccata impunita dimittere non posse, taliter de potentia ordinata.

XVIII. Sed maiorem probamus facile, vel ipsis testimoniis, immunitis Papistis: qui plenariam indulgentiam non alteri intelligent, quam remissa vniuersa culpa, vniuersa que pœna, culsumodi indulgentiam dari dicunt in Baptismo; & raro alias. At omnis perfecta redemptio, est plenaria.

XIX. Deinde redemptio, sive iustificatio liberat nos à maledictione legis. Paulus ad Galatas 3, Christus nos redemit à maledictione legis. At omnis pœna est maledictum legis. De æterna fatentur Papistæ. De temporali, Deus ipse pronuntiat: Genes. 3 Maledicta terra propter eum. Quarto Nunc igitur maledictus eris super terram. Deutero. 24. Maledictus eris in ciuitate: maledictus in agro: maledictum horreum tuum: & maledicta reliqua tua: maledictus fructus ventris tui, & fructus terra tui: armenta boum tuorum, & greges oviu mearum, maledictus eris ingrediens, & maledictus egrediens: & quæ sequuntur multa in eandem ententiam. Quare, quum non culpa tantum sit maledictio, sed etiam pœna culpæ, & quidem temporalis, si à pœna temporali non liberaret perfecta redemptio, non liberaret à maledictione peccati.

XX. Tertio: Perfecta iustitia, non tantum culpam delet, sed etiam pœnas. At in redemptione, sive remissione peccatorum, est perfecta iustitia, nimis Christi, per quam ea sit, ut est demonstratum in disputatione de iustificatione. Ergo eadem remittit pœnas. Maior probatur ipso Papistarum consensu: qui etiam has, quas dicunt esse reliquias pœnas, consentiunt esse ab imperfecta iustitia: nimis, quoniam quis vel admisit venialia: vel mortalium admissorum pœnis non fecit satis. Nec meus Gautierus aliud habebat in animo, quoniam excipiebat, nescio quos non incedentes secundum Spiritum. Quemadmo: ut igitur iustitia iniustitia esse, & tollit: sic perfecta perfectè. Non tollit autem perfectè, si non omnia. Et est effectum peccati pœna, non tantum æternæ, sed eti in temporaria. Ergo, si perfecta est iustitia per quam redimimur, ut transque oportet sublatam pœnam.

XXI. Nec nocet instantia Peitani. Concedo, & que pertinere ad Dei perfectionem, punire, & remunerare. Sed primum, aliud est Dei perfectione, aliud redēptionis; nam illa patet latius. Itaque non sequitur, ad redēptionis perfectionem pertinere punitionem, nam pertinet potius ad iustitiam, sive iudicium. Sunt autem Dei operationes realiter suis proprietatibus distinctæ. Sic creatio, non eadem quæ conseruatio mundi creati: nam ad creationem nihil mali vello modo pertinuit: pertinet tamen ad conseruationem; nempe, ut ipse Deus dirigit in bonum. Nec minus distincta est redēptio a iustitia. Imo opponi solent in Scripturis. Iacob. 2. *Iudicium sine misericordia illi, qui non fecerit misericordiam: gloriatur autem misericordia aduersus iudicium.* Sic fideles deprecantur quotidiè Dei iudicium, non, opinor, misericordiam. Quare quicquid Peltanus habuit de Dei perfectione, id protulit *āπάντας* eis *ἄλλο θεός*: quod Sophistis solenne.

XII. Secundo, dico distinguidam esse punitionem peccatorum. Fieri enim alias in ipso peccatore alias in peccatoris Mediatore. Itaque in genere concedi, non posse Deum impunita peccata dimittere, id est, nisi puniantur vel in peccatore, vel in Mediatore. Sed si peculiaris sit sermo de puniendis peccatis in ipso peccatore, ut nunc est, quum de exigendis satisfactionibus disputatur, tum ego, illos graues, quos Peltanus Theologos nominat, habeam pro grauiissimis haereticis, qui pronuntient, nullum à Deo peccatum impunitum relinqu. Quid enim infantibus fieri? quid omnibus peccatis remissis in Baptismo?

XIII. Perfectio Dei sic intelligenda, vt & ipse habeat in se, quicquid esse potest perfectionis, & eius attributa singula nulla sint imperfetta. In hoc igitur argumento, quum de peccatis agitur, ad quæ relatio est non tantum iustitiae, sed etiam misericordiae, intelligamus, Deum non tantum iustum esse ad punienda peccata, sed etiam misericordem ad remittenda: & quidem perfectè iustum in puniendo, perfectè misericordem in miserendo. Etenim non eo perfectè iustus est, quod omnia peccata puniat, nec perfectè misericors, quod omnia condonet; certum enim, neque omnia punire, neque omnia condonare. Neque eo rursus, quod eadem puniat, & remittat: est enim impossibile, quia contradictionem implicat. Sed quod, quæ peccata puniat, perfectè puniat: quæ remittat, perfectè remittat; vnde thesis nostra confirmatur. Nam sicut quæ perfectè puniuntur, eorum nulla fit remissio: sic quæ perfectè remittuntur, eorum nulla fit punitio. Quod si partim punirentur, partim remitterentur, nulla esset, aut perfecta iustitia, aut perfecta misericordia. Quam ob causam nostri primi conquesti sunt, Papistarum Deum, neq; perfectè misericordem, neq; perfectè iustum, magna veræ Dei gloria iactura.

XXIV. Altera Peltani solutio minorem negat. Opera enim Dei eiusmodi esse, cuiusmodi vult: quum ad extra nihil velit necessario, nihil operetur necessario: sed liberè. Hinc esse, ut quædam simul incipiat & perficiat: quædam successiuè & per temporum interualla: quædam nunquam. Sic mundum esse creatum sex diebus: sic que quotidie oriuntur & occidunt, paulatim perfici. Sic in miraculis Christi, nonnullos repente sanatos & integrè, ut socrum Petri: nonnullos paulatim, ut unum alterumve coecum: nonnullos, ut credibile est, nunquam plenè, neque enim certum Malcho &c aurem restitutam, & mundata peccata.

XXV. Sed haec disputantur superflue: ea occasione, quia sibi Peltanus obiecit argumentum non bonum, cuius maior, Omnia opera DEI sunt perfecta, qua quicunque usus est, inconsideratè fecit. At nos de redēptione peculiāriter diximus, aduersum quam nullo argūmento Peltanus qui quam probat. Etenim quum constet, ipsa Peltani confessione, nonnulla saltem opera Dei esse imperfecta: non potest ab exemplis imperfectis educi conclusio vniuersalis. Quod si particularis, ergo nulla: nisi perget Sophista, & prober, in eo generē redēptionem esse.

XXVI. Sed nos vrgemus: Et primo dicimus, remissionem esse perfectam. Nam Paulus ad Hebr. 10. *Vna oblatione consummauit in sempiternū sanctificatos*. Atqui si non esset perfecta, non consummasset. Deinde, perfectæ sunt causæ, Deus remittens, & Mediatoris iustitia: ideoq; earum effectum est perfectum.

XXVII. Præterea, quum imperfectorum Dei operum duos gradus numerauerit Petrus, unum eorum, quæ sensim perficiuntur, alterum quæ nunquam: at certe, opinor, remissionem in iis non numerabit, quæ nunquam. In iis igitur quæ tandem. Atqui hoc sufficit, ut excludatur omnis pœnaru[m] exactio. Si enim semel exigantur pœnae, nunquam potest remissio perfici. Ratio manifesta: quia, quod factum est, infectum fieri non potest. Remissio autem opponitur exactioni pœnaru[m], ut pater in Baptismo, & ijs exemplis omnibus, quibus vel Papistæ non denegant remissioem plenariam: patet deniq[ue] quia retentionem pœnae tum fieri dicunt, quum non perfectè applicantur Christi merita. Quare, si semel exactæ futrint aliquæ pœnae, nunquam perficietur remissio, nunquam Christi merita perfectè applicabuntur. Quod est absurdissimum, & in Christianitate haud dictum.

XXVIII. Tertium argumentum. Si Christus satisfecit pro peccatis nostris omnibus: Ergo nulla peccata nobis restant. At prius verum. Ergo ostensio. Consequens in aperto: quia sensus communis ferre non posset, ut gemina satisfactio pro codem defectu sit necessaria. Namunque duo sunt necessaria, ibi unum non satisfacit. Si debitorem suus as liberet tantum ab ære alieno, non etiam a vinculis, quis satisfecisse cicer?

XXIX. Antecedens vero facile probatur, quia Christus pro nobis penas luit: factus ~~in~~ peccatum, factus peccatum, id est, hosti pro peccato, ad Paulum. Esaias etiam dixerit est, cap. 53. *Vere languores nostros ipse lit, & dolores nostros ipse portauit: & nosputauimus eum quasi leprosum, percussum a Deo, & humiliatum. Ipse autem vulneratus est propter iniquitates nostras: atritus est propter sceleris nostra: disciplina pacis nostra & super eum, liuore eius sanatis sumus.* Non potest tam diligens, & vt ita dicam, curiosus rem per cumulatas phrases exaggeratio, non esse tota magnomenti. Et non tarduna sane, primo, non describi remissionem nostram peccatorum, nisi per penas toleratas: non certe quod non sit remissio culpa, sed quod huius remissionis fructus sit in remissis penis. Secun-

do, has pœnas ddscribi temporales. Quis autem verisimile credat, toleratas pro nobis temporales, neq; sublatas tamen id est, minime satisfactū ei generi pœnarum?

XXX. Cyrilus in illum locum, Seipsum in odorem bone fragrantia pro nobis obtulit agnus verus qui tollit peccatum mundi: deinde carnis morte perpeſja, totum orbem sub caeli complexu liberauit a morte, & a peccato. Vnde enim inſtar omnium passus est pro omnibus. Procopius exactior, & quod quia idem pugnabimur postea, tamen iste auctor nollet in iusta pugna: Theorum enim uirum, Paulus leioγραφος, οὐδενοπιστας οὐδὲ εἰδικετης τοις συνεργοις αὐτῷ, εἰντεπτοι της γῆς, εἰντεπτοι εἴδωλοις καὶ πάλαι, αὐτὸς γοῦ ἐστιν οὐ μέλιτης ιμερι. Εἰντεπτοι τοις φύσεσσιν. Ιωάννης γοῦ ιμερι τὸ παῖδις, αὐτῷ μὴ τῇ πίστῃ τελεθόντας τὰς υἱότητας, πιστεῖ γάρ οἰκουμενῶν τὴν πάτην, την μητρὸν, την την καὶ ουαπτικανότην, καθελκεῖ τὸν ζωδιόφων. τοις γοῦ ιμερι οὐ πειλοθραμματεῖσιντο μητέριος: Quia enim nos oportuit castigatos pati, eam in illum pro pace cum Deo facienda, Paulo teste, translata sunt: quum ipsi sum per crucis sue sanguinem, ijs quia in celo, quaque in terris essent, pacem percepiret asserit. Εἰναλι, quum pacem nostram, qui utraque unum fecerit, esse affirmat. Pro nobis enim passio fuit, ipso quidem iniurias re ipsa subveniente: nobis autem fide paſſiones eas nostras facientibus, & simul patientibus morientibusq; sed per gratia seruatis. Verbera enim ipse exsoluit, quanos debebamus. Hieronymus, Quod enim nos pro nostris debebamus sceleribus sustinere, ille pro nobis passus est.

XXXI. Nihil ergo certius, quam luisse pro nobis Christum peñas. Num aliquas tantum, an vero omnes? Ne hoc quidem obscurum. Nam, primo, si luendo peñas pro nobis, ab iisdem nos libertauit. Ergo si non luisset omnes, neminem liberaret ab omnibus. At liberat: testibus ipsis Papistis: qui id concedunt fieri saltem in Baptismo. Certe si in Baptismo propter Christum auferuntur omnes peñas: necesse est, Christum luisse omnes peñas, & concurreat ratio personæ, cuius dignitate preium accedit passionibus infinitum, quod non negant Papistæ. At non est infinitum, si pro quibusdam tantum satisfecit.

X X X I. Præterea, et si daremus non omnes tulisse, non pro omnibus satisfecisse, at ceteris pro ijs satisfecisse, quas perperclus est, quis negare potest sanus? quem eo ipso soluisse dicatur, quo perperclus est. At perperclus est temporales: & non soluerit temporales.

XXXIII. Quartum argumentum. Si posita remissione, nulla opus est hostia pro peccato. Ergo neq; vlla supereft pœna. At prius verum, ergo posterius. Antecedens fct ab Apostolo ad Hebr. 10. *Perro vbi est horum peccatorum remifio, non est amplius oblatio pro peccato.* Consequentia pendet ab analogia signi: & rei significatæ. Nam hostia signum erat non peccati, sed peccatoris puniendi. Et per hostiam expiabantur peccata, translatis in eam pœnis. Quare qui dixit, nullam amplius hostiam esse pro peccato, idem significauit, nullam esse aliam expiationem. Et confirmatur, quia ipsi aduertarij, has ipsas pœnas dicunt expiare peccata.

XXXIV. Ei loco Iustinianus fucum facere conatus est, et si in alium finem quin loqui Paulum dixit de expiando peccato eo modo; quo Christus dicitur sustulisse: & hostiam non simpliciter hostiam, sed talem hostiam.

XXXV. Sed nos duplicem duntaxat tum expiationem, tum hostiam
comperimus in Scripturis: typicam vnam, alteram realem, illam in ritibus
Mosaicis, hanc in Christo. ***Quomodo ergo Iustinianus** suam expia-
tionem, suam hostiam talem intelligit? Eiusdemne generis: vt sensus sit,
satisfactum Apostolo, dum ne inducatur villa expiatio, vlla hostia realis a-
lia? Primo intulsum: nam tequeretur, posse restituiri typicam, contra quam
ipse Paulus disputeret. Deinde, confirmatur hoc ipso nostrum argumen-
tum contra pœnas reseruatas. Nam si pœna aliquæ reseruantur, ergo
alia necessaria effet realis expiatio, per quam tollerentur. At nulla est
necessaria: Ergo nullæ illæ sunt. Consequentiæ vis patet: quia Pa-
pistæ, qui somniarunt reseruatas, coacti sunt satisfactions superso-
mniare.

XXXVI. Thomas in eum locum, Facit talem rationem: quia in **Nouo Testamento** remittuntur peccata per oblationem Christi, quia in remissione peccatorum effusus est sanguis Christi: ergo in **Nouo Testamento**, in quo peccata & iniquitates remittuntur, ut dictum est in autoritate, non est oblatio pro peccato, supple amplius iteranda. **Matthai** non, non est opus valentibus medicus, sed male habentibus. **Caietanus**, Hoc est quo tendebat auctor: quod ex eo quod in noua legi noua facta est remissio peccatorum per oblationem Christi, iam nulla supereft oblatio pro peccatis. Fieret enim iniuria oblationi Christi, tamquam minus sufficieni. Ex his patet argumentum Pauli esse: Si alia opus effechta: Ergo Christi passionem non sufficienter expiassile peccata. Vnde sequitur, quandoquidem nulla sit opus alia: Ergo Christum sufficienter expiasse; ideoq; omnem penam sustulisse.

XXXVII. Quintum argumentum. Si punit Deus peccata post remissionem, ergo eorum recordatur. At non recordatur: Ergo non punit. Assumptum patet Esaiæ 43. *Ego sum, ego sum ipse, qui deleo iniquitates tuas propter me, & peccatorum tuorum non recordabor.* Ieremiæ 31. *Hoc erit pactū quod feriam cum domo Israhel post dies illos, dicit Dominus. Dabo lgeem mean in visceribus eorum, & in corde eorum scribam eam: & ero eis in Deum, & ipsi erunt mibi in populum: & non docebit ultra vir proximum suum, & vir fraterem suum, dicens, Cognosce Dominum. Omnes enim cognoscent me à minimo eorum, usq; ad maximum, ait Dominus: quia propitiabor iniquitati eorum, & peccati eorum non memorabor, amplius. Quem locum Paulus 10. ad Heb. citat, & contrahit: *Hoc est fides, quod paciscar cum iis post dies illos, dicit Dominus: Ind. in leges meas cordibus eorum, & eorum mentibus eas inscribam, & peccatorum atq; iniquitatum ipsorum non recordabor amplius.**

XXXVII. Consequens pater, quia, cum Scriptura memoriam Deo
tributus, & scriptoribus; non potest nisi ab humano more hæc phrasis ex-
pliari. Et nominatim in reconciliationibus, si quis pollicetur se non fo-
re memorem offensæ: eo ipso certum facit, se nullam vindictam sumpu-
um, vnde celebre factum tñs àvñs nomen. Hoc ipsum confirmatur:
quia Scriptura, quoties dicit Deum recordatur iniquitatis, minas si-
gnificat ultionis. Ieremias 14. *Hæc dicit Dominus populo huic, qui dilexit mo-*
tre pedes suos & non quieuit, & Domino non placuit. Nunc recordabitur ini-
quitatum eorum, & visitabit peccata eorum. Oseea 8. Hostias offerent: immo-
abunt caros, & comedent, & Dominus non suscipiet eas. Nunc recordabitur
iniia i-

*iniquitatis eorum, & visitabit peccata eorum. Et 9. Profundo peccauerunt, sicut
in diebus Gabaa; recordabitur iniquitas eorum, & visitabit peccata eorum.*

XXXIX. Itaque Iustitiam in 10. ad Hebreos, ilorum Deus dicitur recordari, quibus premium preparauit. Persimili ratione recordatur scelerum, quibus supplicia destinat: contra vero non recordatur eorum, quibus neque premium pollicetur, neque supplicium irrogatur est. Ita apud Ezechiel dicit: Si impius resipiscat, omnes si suis iniurias obliuionis tradendas, quod sit immunitus a supplicio. Post, Quia igitur reuocatus erat Deus Christi merito genus humani ad gratiam, scelerum impunitatem pollicetur. Anselmus, Non recordabor amplus: quia nec in hoc seculo pro his iniungam illis aliquam paenitentiam, nec in futuro ullam pro eis irrogabò paenam. Ita promisit Spiritus Sanctus per nouam gratiam peccata remitti.

XL. Salmero respondebat dupliciter. Primo textum, Ezechielis 18.longe
duriorem à peccatore exigere conditionem, nempe auertere se ab omnibus
iniquitatibus, seruare omnia præcepta, & facere iudicium & iustitiam. De-
inde ipsum textum satis declarare, quomodo intelligenda sit Dei obliuio
de iniquitatibus: hoc nempe modo, quod non recordabitur, ut eas per ater-
nam mortem vindicet. Ita dixisse, *Vita vivet, & non morietur.* Et, *Nolo mor-
tem peccatoris.* At inde non sequi, non posse præter illum modum, paterno &
clementi animo ad peccatum temporalem obligando, peccata punire.

XLI. Serione? an tentabundus? Nam primum, quid illud est, duriorem conditionem exigi? aut quo sensu duriorem? An tanquam punientem: an tanquam difficultem? Nā si illud, quid absurdius? aut quis ferat, eo ipso puniri durius peccatorem, quum iubetur recedere à peccato; & iustitiae studere, quam quum pœnas dat iustitiae diuina; exempli gratia, in purgatorio. Quis ferat, morte duriorem pœnam esse peccatori, obseruationem mandatorum Dei? Et tamen quum liber, hanc obseruationem appellant, iugum leue, onus suave: Satin' lani?

XLII. Quod si durius dicunt difficultius: possunt fieri. Sed hoc quorsum
Non enim si difficultius recedere à peccatis, quam mori : si difficultius amare
Deum totu[m] corde : quam in sudore vultu[m] panem suum comedere : ideo in
penis numerari oportet recessum à peccatis, dilectionem inimici, amorem
Dei. At nos de penis agimus, siue eæ faciles sint, siue difficiles. Nihil ob-
stat ergo, quominus, non recordari peccatorum, sit, nullas exigere pœ-

XLIII. Sed incogitantiam vide. Durior, inquit, conditio est apud Ezechielem. Quo, inquam, durior? Isti sine reseruatis poenis Esto. Quid hoc ergo sibi vult? An fateris apud Ezechielem, per eam phrasin non recordandi, promitti quidem nullas exactum: si poenas: sed conditionem addi adeo duram, ut praesertim poenas exigis? Monstrum id quidem est: sed feramus tamen. Quid ergo, Salmero, quum vos has temporales poenas exigitis, ut longe vos molliores Deo probetis, absolutissime peccatores vestros hac conditione, & efficitis ut iaceat non auerteatur se a peccatis, non seruare omnia precepta, non facere iustitiam, non iudicium. Haecque, inquam, vestra doctrina est? Nam si non est, & pudet vos huius licentiae: ergo vos simul & poenas retinetis, & imponitis durissimam illam conditionem vestris penitentibus. Cur ergo durioris dixisti conditionem? Aut quid hoc ~~pro~~ poterit? Certe quantumvis durum sit alterutrum, tamen ambo sunt duriora. Et longe praestabit Ezechielis conditionem amplecti, quam ad hanc vestram poenitentiam confugere.

XLIV. Altera solutio, ut plurimum valeat, tamen peculiaris est loco Ezechieles: quem cur vnicum delegerit, videtis Salmero. Illud certum in Esaia, Ieremia, in Paulo, qui à nobis sunt citati, nihil agi peculiaiter de morte, aut morte æterna: sed generaliter de obliuione peccatorum. Non est autem necesse, si vno loco, etiam omnibus eandem restrictionem esse. Et in quibus non est, quis Salmeroni supplere concleserit? Nisi forte sibi omnia pro arbitrio soli Iesuitæ licere putant. At nos scimus etiam mortis nomine comprehendti omnia supplicia peccatorum; ut quum dictum Adamo, Mortem morieris. Neque micam salis inesse iis, qui quia expressa est vita, concludunt alia omnia temouenda. Denique, quibus vita æterna promittitur, iis omnia supplicia condonari. Quid autem Deus possit, necne, non tam libenter inquirimus, quam constanter discimus, quid velle declararit.

XLV. Bellarminus in codem Ezechiele vrget illud, *Injustia iusti non liberabit eum in quoconque die peccaverit: & impietas impij non nocebit ei in quounque die conuersus fuerit.* Etenim, si impietas impio post conversionem nullo modo noceret, eriam quoad pœnam temporalem : codem modo iustitia iusto post auersionem nullo modo proderet, etiam quoad præmium temporale. At negari non potest, quin se penumero Deus opera bona impiorum remuneret temporali mercede. Itaque, quum dicitur Deus non recordari peccatorum: non significatur, nullis pœnis punire, sed tantum non æternis.

XLVI. Quid ergo? Peccata in Baptismo remissa nocentur saltu temporaliter? Atqui plenariam illis remissionem ne Papiste quidem inuident. Ne peigitur non ita est, & que non prodesse impius sua bona, & nocere prius sua peccata. Itaque nunquam dictum, eorum bonorum nullam fore Deo memoriam: sed dictum, eorum peccatorum nullam fore. Nempe longe propensior Deus ad benefaciendum, quam ad puniendum. Vnde dictum, ex parte malorum multo tempore, an sint conuerstati: nec dictum expectari iridit, iustos sintne redituri ad vomitum. Et dictum, quare ut peccator vivat: ne dictum, quare ut iustus moriatur. Denique dictum, benefacere Deum prius & impius, non dictum, malefacere utrisque. Fallit ergo Bellarminus, qui comparat tanquam paria, non prodesse peruersis, & non nocere conuersis. Et tamen inutiliter. Nam quum peccatis quicquid præmiorum est, non significet dimissas esse penas: cur conuersi quod erit incommodorum, significabit esse retentas penas? Nam ahoquin incommoda nos nulla acciderint conuersis non dicimus: sed tantum nullas penas.

XLV. I. Sextum argumentum. Omnia relata mutuo se tollunt. At culpa, & pena, sunt relata. Ergo haec se mutuo tollunt: vt, sublata culpa, nulla sit pena. Per remissionem autem peccatorum culpa tollitur, ipsi Papistis patentibus immo serio disputationibus. Ergo per eandem remissionem necessaria est penam tolli. Sic Oecumenius in 5. ad Romanos, *hanc certe dicens*, *qui
etiam si omnes sibi culpam tolleremur, non tolleremur*.

XLVIII. Bellarminus pro culpa, reatum substituit: quo vocabulo vsum erat Calvinus, pro ea quam nos culpam diximus. Itaque, si, inquit, reatum intelligimus obligationem ad peccatum, verissima est conditionalis assertio

sed non verum, liberari nos ab omni reatu per Christum. Si vero per reatum significetur culpa, siue offensio, ob quam debitum poenam luendam contrahimus, falsa conditionalis assertio est. Rationem notat: quia multa sunt, quae sine certis causis non direntur, quae tamen orta manent, causis pereuntibus et aedificium manet: pereunte aedificatore, Et Augustinus dicat. tractat. 24 in Ioanh. I. productior est pena, quam culpa, ne parua putetur culpa, si cum illa finiretur est pena.

XLIX. Sed non debebat Bellarminus in re facili ambigua sectari: neque enim rerum aliud dicebat Caluinus, quam culpam; id est, ipsum peccatum quod etsi abstracte considerari possit, nulla habita ratione pœna; tamen res aperte non potest non relationem habere ad pœnam: vel potius pœna nullæ nisi relate ad peccatum: quomodo, etsi umbra ad corporis definitionem nihil pertineat, tamen umbra & corpus relata sunt: ut, etsi possit forte esse corpus sine umbra, tamen umbra nulla absque corpore. Hoc ergo illud est quod volimus, quod diximus, quod Caluinus voluit sublata culpa, tollere pœnam.

L. Sed hoc ipsum negat Bellarminus : quasi disputans, nullo posito corpore umbram tamen esse, quod vel pueris ridiculum. Cessante causa, inquit, non semper cessat effectum. Ita est, inquam; sed tum demum quum effectum ab ea causa fuit actu. Ut Apellis tabula multis post eum seculis superstites fuere: nempe, quas tum fecerat, quum esset in viuis: ast eo sublato nulla fuerunt ab eo nouae tabulae, ne eae quidem quas animo designarae. Ast in hac controvlesia, poenae dicuntur, non quae actu fuerint, sed quae nondum illae, quum erat peccatum: imo ne tum quidem cum esse desir, id est condonatum fuit. Aequi iis omnibus, quae sunt huiusmodi, vniuersale est axioma, sublata caula, nullum esse effectum.

LI. R e cte igitur, & vere Augustinus, productorem pœnam esse quam culPam nimirum, quia, ut idem explicat, non simul cum illa finiatur & ista Bene, finiatur. Non enim & que verum, peccati, postquam esse desit, id est, imputati, incipere quasdam pœnas: nempe, quia aliud est, desinere quæ coeperant: aliud, incipere quæ non erant. Breuiter: nulla ratio ferre potest, ut productior pœna quam culpa, intelligatur pœna exigenda postquam condonata culpa est, & non ea quæ exigitur aliquanto post, quam culpa admissa est.

LII. Septimum argumentum. Remittit nobis Deus, quomodo vult nos remittere aliis. At vult remittere penas omnes. Ergo & ipse remittit. Maior patet ex oratione Dominica, *Remitte nobis debita nostra, sicut et nos remittimus debitoribus nostris.* Assumptum sufficit Synesius epist. 28. A φίλαρα φιλοδέσμοις την ὀφειληματάρχοφειλειτήμην την διατηρητικήν οὗτον θεούντες, καὶ ὅτι λαβεῖν τὸν δικαιοτάραχόντα παρακαλεῖται Θεός. *Dimitte dā Deus esse debita dixit Porro h[oc] quidē pecunia mutuam, ille vero penas dependere debet.* Igitur qui repetere ab eo penas contempserit, Deo fuerit obsequitus. Ratio evincit. Nam peccatorum remissio non potest significare nisi aut culpa ablationem, aut penam. Non possunt autem homines auferre culpam aliorum: quia haec fit immutacione voluntatis. Ergo, non nisi penam. Cum ergo remisso humana tollat penam, & sic Deus remittit, oportet Deum remittere penam.

LIII. Octauum argumentum, est ab autoritate Veterum. Tertullianus de Baptismo c. 5. Exempto scilicet reatu, inquit, eximitur & pœna. Nihil breuius: sed nihil potius, contra Papistas, qui, exemplo reatu, negant eximi pœnam. Neque ambiguitatem Bellarminus potest obsecere, quam in Cal uno venatus est, reatum dici obligationem ad pœnam: esse enim Tertulliano candem quam Bellarminus culpam mault, manifestum ex precedentibus, Qui unum semel anno liberabant, nunc quotidie po,ulos conseruant, deleta morte per ablutionem delictorum. Exempto scilicet reatu, eximitur & pœna. Ex quo textu patet, idem esse reatum & delictum. Nisi forte malis ira distingui, ut sit tamen verum, abluto delicto, id est, culpa, simul eximi reatum, id est, obligationem ad pœnam. Quod nobis perinde est; & Papistis a quo positum. Nam qui retineri pœnas dicunt, idem negant eximi obligationem ad pœnam.

LIV. Pamelius hunc locum Papistice luxauit, *Pœnam, inquit, æternam in tellige: nam mors, & alia pœna peccati originalis temporales manent in baptizato Nihil ineptius.* Ufsum luit enim argumentum esse, quo confirmaret *Tertullianus*, quod erat præmisum, *Deleta morte per ablutionem delictorum*. Quum ergo probandum esset deletam esse mortem, æternâ videlicet (*non enim hoc Pamelio contradicimus*) in Baptismo; quis non videt ineptum fore, si diceret, *deletam esse pœnam æternam*, quæ nihil aliud est, quam morte æterna? Legitimæ rationicationis leges postulant potius, ut à genere ad speiem descendatur. Omnis pœna eximitur, exempto reatu. At mors est pœna: Ergo mors eximitur, delecto reatu. Nam idem per idem probare ineptum est.

LV. Chrysostomus ad Romanos homil. 8. ἐρεπται τις ιφεληθέν τῇ γένεσι τοῦ πατέρος τοῦ οὐρανού εἰς τὸν ἔγγαλον. ὅτε γὰρ χρόνος, συγχέοντος. ὅπερ ἐγ συγχέοντος, οὐδεμία καὶ αὐτός, Accedit fides, quam secum trahit gratia, ut promissio in opus exeat. Vbi enim gratia, ibi venia: ubi venia, ibi nullum supplicium. In Matthæum homil. 20. Οἱ πατέρες εἰποῦσι τῷ Θεῷ, καὶ ἀμερησταντις ἀφεσιν, καὶ ηλάστε αἵρεσιν, καὶ δικαιοσύνην, καὶ ἀμαρτιῶν, καὶ ἀπολύτησιν, καὶ οὐδείαν, καὶ κληρομίαν, καὶ ἀδελφότητα τῶν τεκόντων οὐρανοῦ, καὶ πενιάτα θρησκευτικῶν τινας μιατερῶν αἰρετούσης πεπονιζέτας. Έδήλωτο δικαίωσις καλίστη πατέρες τῷ Θεῷ, μπάτω τοι. Καί εἴναι ἐπι τούτῳ τούτῳ. Qui Patrem Deum appellauit, ἐπι venian peccatorum, ἐπι paenarum interitum (dure; dic potius, pecnarum exemptionē) ἐπi iustificationem, ἐπi liberationem (redemptionem) ἐpi filiorum adoptionem, ἐpi hereditatem Dei, ἐpi fraternitatem, cum unigenito copulariam, ἐpi Sancti Spiritus dona largissima, τον sermone confessus est. Impossibile est enim Deum Patrem vocari ab eo, qui non omnia hac bona fuerit consequitus, Ad Colossenses homil. 6 Πάτερ οὐδὲ ἄμερηταν καὶ καθάπτον. αὐτὸς καὶ λαθεῖς εἰλιστε, καὶ τῶν αἰματικῶν καὶ λαθον. Eramus omnes obnoxii peccato ἐπi pœna: ipse punitus solitus (exemit) ἐπi peccatum ἐπi pœnam. In Psalm. 50. homil. 2. Vbi misericordia postulatur, iudicium non sicut. Vbi misericordia periret, pœna locus non est. Et paulo post, Soluta sunt peccata tua, interempta est pœna tua.

LVI. Augustinus de Verbis Domini serm. 37. Suscipiendo p̄nam, & nos suscipiendo culpam, & culpam delenit, & p̄nam. In Psalmum 31. enarration secunda, Cooperta sunt peccata, testa sunt, abolita sunt. Si te sit peccata Deus noluit aduertere: si noluit aduertere, noluit animaduertere: si noluit animaduertere, noluit punire: noluit agnoscere, maluit ignorare. Et paulo post. Testa erit

peccata, quare dixit: Ut non viderentur. Quid enim erat Dei videre peccata, nisi punire peccata, Cyrilus Glaphyr. 2. de Noe & Arca: Τί γέγονε ἀπό της οὐρανού στοιχίου τοῦ λόγου τοῦ πάτερος τοῦ Θεοῦ μεταποντών αὐτοῖς τοῖς φραγμοῖς, τοῖς πατέροις τοῦ Καθεδρικοῦ οἰκου τοῦ θεοῦ τοῦ πονηρούτατος: Vnigenitus Dei Filius homo est factus, mortemque pro omnibus est perpessus, liberans à pœna & supplicio, atq; ab omni eiusmodi metu longissime remouens eos qui fidem suscepserint. Rursus Augustinus apud Bedam in 3 ad Galat. Suscepit Christus sine reatu supplicium nostrum, ut inde solueret nostrum reatum, & confirmaret etiam supplicium nostrum.

LVII. Bellarminus c. 13. i. de Purgatorio, quo Pamelius Tertullianum, eodem ingenio dixit Augustinum, loqui de pœna æterna: & recte, inquam: nam quis nescit, qui de animali loquatur, eundem loqui de homine? Sed hoc interest, utrum loquatur de sola pœna æterna. Nos dicimus, in genere de pœna. Credat Augustini verbis, si mihi non credat. Imo credat rebus, Si noluit aduertere, noluit animaduertere: si noluit animaduertere, noluit punire. Ergo, inquam, si voluit punire, voluit animaduertere: si voluit animaduertere: voluit aduertere: si voluit aduertere, non texit. Quanto facilius diceret Bellarminus, non testa, id est, non condonata peccata, quam retentam pœnam?

LVIII. Fulgentius ad Venantiam, Non punit Deus in peccatore peccata, se peccatoris certux non facit inducata. Hieronymus in Ps. 31. Quod tegitur, non videtur: quod non videtur, non imputatur: quod non imputatur, nec puniatur. Bernardus de fragmentis septem misericordiarum, Sic ex toto induit, & tā liberaliter omnem donavit iniuriam, ut iam non damnet vlciscendo, nec confundat impropando, nec mitius diligit imputando. Sunt enim aliqui sic donantes iniuriam, ut non vlciscantur sepius tamen improporent. Sunt & alii qui sileant licet, manet tamen altamente repositum, & rancorem tenent in animo: quarum vtique neutra plena indulgentia est. Longe ab his omnibus benignissima est diuinatio nativa. Liberaliter agit, ignoscat plenarie.

C A P. III.

Argumenta Papistica aduersus remissionem pœnae.

I. Vx argumenta generaliter probant remanere aliquam pœnam post remissionem culpæ, nunc enumerabo: paulo post visurus quæ pecunaria sunt pœnis vel huius vitæ, vel futuræ.

II. Primum ex Corono, Institutionis lib. 4. c. 3. quod est de Indulgencie. Si pœna peccato debita, semper una cum peccato remittitur; quare Deus, condonato populi sui peccato Idolatriæ, ad preces, & flagitatione Mosis, addit nihilominus, Ego autem in die ultionis visitabo & hoc peccatum eorum: Exod. 32.

III. Imo, vnde didicit Coronus, condonatum hoc fuisse peccatum? Nam quum dixisset, Aut dimitto eis hanc noxam: aut dele me de libro tuo: audiit responsum, Qui peccaverit mihi, delebo eum de libro meo: tu autem vade, & duc populum eum, quo loquutus sum tibi: Angelus autem meus præcedet te. Ego autem in die ultionis visitabo & hoc peccatum eorum. Quid hic est, quod redoleat remissionem? Nisi forte, quod non statim deleuerit, ut erat minatus. Sed propter ea audit longanimis, quod iram differat multo tempore, peccatores tolerans.

IV. Et inde dies visitationis, sive ultionis: quem de pœnis satisfactoriis durum est, ac violentum interpretari. Itaq; Carthusianus, In die ultionis hoc est, extremiti iudicij, in quo sicut ultio consummata ac generalis vniuersa iniquitas, interim non vindicata & plenarie. Quod si est, quid ad pœnas post remissam culpæ?

V. Secundum argumentum. Si sola fides, vel sola ministri absolucione, vel sola mentis contrito, peccative detestatio, omnem semper noxam: & pœna, pœnæ reatum simul absumeret, nullum discrimen inter eum intercederet, qui centum millibus nefatiis flagitiis sese contaminasset, & eum qui vno solo. Nullum inter peccata, quæ ante, & post suscepimus Baptismum perpetrandur: & per consequens, inter regenerationis & absolutionis Sacramentum, vel inter huius illius Sacramenti effectum. Atqui vtrumque consecrarium à communī Patrum omnium sensu, atque consensu est alienum: neque diuinis quoque literis consentaneum: Clamat enim haec Deuteronom. 25. Pro delicti mensura erit & plagarum modus. Apoc. 18. Quantum glorificauit se, & in delictis fuit, tantum date illi tormentum, & luctum. Ad Hebr. 10. Voluntarie peccatoribus nobis post acceptam notitiam veritatis, non iam relinquitur hostia pro peccatis: terribilis autem quedam expectatio iudicij, & ignis annulatio.

VI. De his consecrariis agam scorsim. Primo igitur loco tanquam absurdum opponitur, nullum dati discrimen, inter saepius, grauiusq; peccante, & semel, ac leuius. Verum distinctius loquendum fuit: nullum enim discrimen esse, longe falsissimum est, si simpliciter asseratur. Dico igitur, discrimen per posse vel a peccatis, vel à pœnis. Ab ipsis peccatis non posse esse nullum discrimen: quia fieri nequeat, ut non sit plus remissum ei qui plus peccauit. Atque hoc discrimen in se notauit Paulus, prior ad Timoth. i. quomodo se dixit esse primum peccatorum. Notauit Christus in muliere peccatrice: Lucæ 7. Quomodo post eius & Simonis comparata officia, Dio tibi, inquit, remissa esse peccata eius multa.

VII. Nec vero nullum est ab effectis remissionis, nisi Christo fidem non habeamus, eodem loco pronuntianti, eum, cui plura remissa fuerunt, plus amare.

VIII. Sed si à pœnis discrimen petitur; agnoscimus nullum esse. Neque enim posse: quia vbi nihil est, non datur magis, & minus. Quomodo ergo nihil intererat inter eum, à quo electa fuit legio dæmonum, Lucæ 8 & Mariam Magdalenam à qua septem, Marci 16. & alios plurimos à quibus singuli: & que enim omnes liberi erant à vexatione corum spirituum: sic, nihil necessarie est interesse inter Latronem, qui audiuit, Hodie mecum eris in Paradiso, & Apostolos, quibus parata erant mansiones in domo Patris.

IX. Nec vero in eo quicquam absurdum. Alioquin cur non sit absurdum, quod Papista concedunt, in Baptismo & culpam omnem dimitti, & pœnam nullam retineri? Non enim ad Baptismum, opinor, accedit nemo, nisi qui semel peccarit, & leuiter: sed & Maria Virgo, & Paulus, ex quibus illa eti non

expers peccati, tamen longe infra illum blasphematorem, persequutorem, & corruptum amaginam. Et tu credas, & que dimissum fuisse Christum mulieri peccatrice, ac Ioanni, & culpam, & pœnam, si absurdum & que illam non puniri, & istum?

X. Et vero in eam rem citari eos Scripturæ locos, quis sperasset sanus? Quis, quem factum videt, & quo toleret animo? Quis non dicat, Papistis Iesuistis animum esse in patinis, potius quam in scripturis? Audio apud Moysen pro mensura peccati plagarum modum. sed vobis legit Peltanus si, à quo iubentur ita sumi pœnae, dimitti id peccatum? Audio, in Apocalypsi, babylonitatum esse dandum tormentum, quantum se ipsa glorificauerat. Irigone Babylon exemplum est remissorum peccatorum? Imo diserte, Peruenierunt peccata eius usque ad celum, & recordatus est Dominus iniuriatum eius. Audio, non superesse hostiam, iis qui voluntarie peccant post agnitam veritatem. Sed isdem dari veniam, quo loco Peltanus legit: Proh Dei, atq; hominum fidem! tantam in illo hominum recordiam esse, ut veniam consequitis peccatorum, itidem ut damnatis, varias pro variis peccatis pœnas imponi, induxit in animum?

XI. Venio ad alterum consecrarium. Ergo, inquit, nullum esset discrimen inter peccantem ante Baptismum, & post Baptismum. Adde, ut prius, supposita venia: & concedo, nullum pœnarum esse discrimen. Quis enim iussit esse? Atqui Salmero, respondens argumento nostro contra fauifactiones, ducto ab exemplis eorum, quibus remissa sunt peccata ab ipso Christo, eos refutavit, qui dicere, fuisse infideles, quandoquidem vis eadem fuerit olim Circumcisioni, quæ nunc est Baptismo. Quid ergo? sublatumne dicamus à Christo discrimen peccantium ante Circumcisionem, & post? Atqui, si tunc non solutum, cur nunc potius? Certum est, neque tunc sublatum, neque nunc auferri: sed certum, nullum esse: quod ad pœnas quidem attinet.

XII. Tertium consecrarium: Ergo nullum discrimen inter Baptismi, & pœnitentia sacramenta, corum effecta. Atqui, inquam, pœnitentia sacramentum nullum est verum id alias. Sed inter Baptismum, & pœnitentia longum discrimen. In pœnitentia nullum aquæ signum: imo omnino nullum exterrum signum, siue elementum, quod est in Baptismo. Ut nullum sit aliud, nonne hoc sufficit? Sed nullum, ait, inter eorum effecta? Quenam effecta? Remissionem? Atqui farentur Papistæ, posse tantam esse in pœnitentia contritionem, ut remittantur etiam pœnae. An tunc nullum discrimen effectorum Baptismi, & pœnitentia? Imo an tunc non absurdum, nullum fuisse, nunc vero absurdum? Denique, Baptismus est Sacramentum pœnitentia, vnde ei nomen, Marci 1. & Actor. 13. Nempe igitur, ut Eucharistia, & communionis Christi: sic neque Baptismi, & pœnitentia, oportet alia, atq; alia esse effecta: sed unum idemque.

XIII. Tertium argumentum. Si post peccatum, per fidem, vel pœnitentiam delerum, nihil restat, pro quo Deo satisfiat quorsum ab Ecclesia & Scriptura exigunt ieiunia, preces, eleemosynæ: aliaque id genus pietatis officia?

XIV. Nempe, inquam, non diximus nos quidem, nihil superesse pro quo Deo satisfiat: sed nihil superesse pœnae. Klingium audiamus, Vtura Christi satisfactionem, Deus à nobis etiam aliquam satisfactionem exigit. Terminus autem, vel nomen satisfactionis, hic alio sensu accipitur, quam de Christo. Et Christi satisfactionem paulo ante negabat esse aliud, nisi pœnarum, dolorum, damnationis eterna pro peccatis totius mundi debita solutionem. Nostram igitur satisfactionem quomodo describit? Accipitur enim hic, inquit, satisfacere, probedientia & impletione voluntatis, atque precepti Domini: ideo tunc satisfacere dicimus. Largo modo, quando Dei voluntatem facimus, eiusque precepta seruamus. Hoc sentiu, absit ut negemus, post remissionem quicquam superesse cui satisfactionem. Satisfacimus Deo, quum ipsum peccati habitum à nobis auerruncamus: imperatum est enim, odisse malum, amare bonum. Et eo pertinent ieiunia, preces, eleemosynæ: sed non pertinent ad expiandas illas pœnas.

XV. Satin' habet Peltanus? Nam, quod nos respondentes finxit; exigere sceleratis, & peccatoribus, facetus fuit: quasi nos vereri posse crediderit, ne exigerentur ab Angelis, quibus nullum peccatum. Scimus, scimus exigere peccatoribus, ab sceleratis: sed iis peccatoribus, iis sceleratis quibus remissa culpa est, remissa pœna: itaque iisdem iustis: sed peccatoribus per naturam, iustis per gratiam.

XVI. Quartum argumentum. Si culpa nunquam remittitur ante pœnam, sed vtrumque simul: ergo multo minus pœna ante culpam: quippe quum pœna dependeat ex culpa. Quum igitur Adam, David, Moses, propter offenditam præfinitas à Deo pœnas ad ultimum usque vitæ spiritum pertulerint, consequens fiet, ut ad illud usque rempus, eisdem, quibus primo admisit peccati momentum, noxiis semper obstricta hæserint: atque ideo nunquam veri Dei seru extiterint: quod est absurdum.

XVII. Concedimus, nunquam condonari culpam post pœnam. Sed, non fuisse condonatas Adamo, David, Mosi suas culpas, ante extremum diem; constanter negamus. Certe David diserte, Psalm. 32. Dixi, confitebor aduersum meum iniuritiam meam Domino: & tu remisisti iniquitatem peccati mei. Nec dubitamus, idem verum fuisse in Adamo, in Mose. Quid ergo? Nempe sumit Peltanus nugator, id quod est in controversia. Itaque negamus, per tulisse pœnas iniquitatum suarum, etiam si tolerauerint incommoda plura ex peccatis suis, quod explicabimus paulo post, quum agemus peculiariter de pœnis in hac vita.

XVIII. Quintum argumentum, Indubitatum axioma est, Personalem vnius culpam in alterum, nisi consentiat, non pertransire. Atqui, pœnas ob patrata scelerata majoribus decretas, in posteris interdum transmitti, negari non potest. Ezechielis 18. Patres comederunt vnuam acerbam, & dentes filiorum obstupuerunt. Ergo, inquit, constar pœnam à culpa seiungi.

XIX. Seiungi autem? Imo si nihil aliud voluit, potuit probationis modestia abstinerre, & cum nostra bona venia, sumere pro certo: aut omnino si probare decreuerat, breuius & solidius, ab ipsa remissione peccatorum: nam hæc, posita culpa, aufert pœnam: neque enim efficit, ut non sit admissum peccatum: sed ut, quamuis admissum, non puniatur tamen. Sed ille, paulo videtur loquutus inconsideratus, & plus voluisse intelligi, quam dixerit. Condonemus hanc infantiam. Legit igitur aliquot Scripturæ locis, pœnas maioribus decretas transmissas in posteris. Recte: sed breuius aquo.

æquo. Nam primo, quos posteros? Consentientes, an non deinde; quorum peccatorum dimissumine, annon? Nam si non dimissorum: extra oles vagatur. At si in consentientes, ergo non remissum. Consentientibus quidem; quia peccata non remittuntur nisi penitenti.

XX. An igitur remissorum; & in non consentientes? Vtrumque oblitus est probare. Et quomodo probaret? quum contra Deus ipse, apud eundem Ezechiel codem c. improbans id de sua acerba procerbium, *Sigenuerit similem, qui videns omnia peccata patris sui, qua fecit, timuerit, & non fecerit simile eis, non morietur in iniquitate patris sui, sed vita vivet.*

XXI. Sextum argumentum: Si semper cum noxa remittitur & poena: ergo, vix illus omnino mortalium aut iustus est, aut Christo per gratiam coniunctus. Imo omnes iniusti essent & peccatores quicunque grauioribus poenis exercerentur. At consequens absurdum. In oculis enim est omnium, eximia sanctitate ornatos interdum grauius in hac vita afflicti, quam publice seelatoras.

XXII. Respondeo: omnes esse peccatores qui, non dicam grauioribus, sed & qui leuioribus poenis exercerentur: seniue communis esse opponere, quicunque contra afficit: nempe, quia omnis poena pendet a peccato, vel loquebatur Peltanus, sive ut nos, refertur ad peccatum. Neque illum exemplum dari potest in oppositum, excepto unico Mediatore: qui tamen, si non peccator, at peccatorum sponspor. Non debuit ergo obici tanquam absurdum.

XXIII. At vero, neminem esse iustum, aut Christo coniunctum, si remittatur simul, & semel poena cum culpa, id vero absurdissime concludit Peltanus. Non quod non sit verissimum, interdum iustissimi nos quosq; grauius afflicti: sed quia vicissim verissimum, non opponi remissionem poenæ, grauiissimis afflictionibus: quum certum sit, non omnes afflictiones easdem poenas esse: quod vel Iobi exemplum docuit, vel eius ecclesi, quem Christus negavit ob sua parentum & peccata sicut natum, oannis 9.

XXIV. Septimum argumentum. Si vbi omnis abest noxa, quacunque tandem ratione abest, ibi omnis quoque debita abest, abestq; debet poena: quia sit ergo, ut politicus magistratus in adulteros, fures, scarios, aliosq; id genus nequam homines severissime plerumque animaduertat, etiam si cum Deo in gratiam redisse, & iam ab omni noxa absolutos esse, certo, quantum humanum fert iudicium, constitetur? Quod si homo, ab homine iam emendato, & a criminis absito, iuste poenas exigit: iuste profecto, & Deus quoque, qui in quoquis peccati genere non minus, imo magis offenditur, quam vilus omnino mortalium, multam aliquam ab huiusmodi poterit exigere.

XXV. Respondeo: immane sophisma esse, confundens separatisima; Deum & humanū magistratum. Enimvero, quia culpa nulla nisi peccati est: & peccatum referuntur ad legem: lex autem varia est: ideoque peccatum etiam varie dicitur: necesse est etiam, culpam varie dici. Sic, peccatum contra legē diuinam, aduersus Deum: contra autem legem humanam, aduersus hominem: nec necesse est, peccatum aduersus Deum, esse peccatum aduersus hominem: aut peccatum aduersus hominem, esse peccatum aduersus Deum. Exempli gratia, peccabant tres pueri aduersus regem Babylonum, non adorantes statuam: at non peccabant aduersus Deum. Contra Babylonij adorantes, peccabant aduersus Deum, non peccabant aduersus Regem. Vnde & illud sit manifestum, posse a Deo dimitti culpam in se admissam; non remissa tamen culpa admissa in hominem: & contra posse hominem dimittere culpam in se, quum tamen non sit dimissa eu'pa in Deum.

XXVI. His positis, nihil est difficile Nemo nostrū docet, vbiunque, quoquaque modo dimittitur culpa, ibi dimitti etiam omnem poenam: Non enim verum, dimissa culpa in Deum, tolli poenam humanam: quomodo nō est verum, dimissa culpa in hominem, remitti poenam diuinam. Sed verum est, dimissa culpa in hominem, remitti poenam humanam: & remissa culpa in Deum, dimitti poenam diuinam. Itaque, nihil nisi nugatur Peltanus.

XXVII. Hæc vera, hæc iniusta solutio est: at non, quam ille sibi nos finxit opponents: eos qui peccant, non solum in homines iniustos existere, sed iustitiae quoque ordinem turbare: ideoque, non tantum hominibus, sed etiam iustitiae satisfaciendum esse. Nam hæc, si esset vera: Ergo nunquam condonaret vilum peccatum perfecte; nisi violata iustitia: quod neque in humanis rebus verum, neque in diuinis. In humanis quidem: quia potest princeps perduelli efficere ne sit damno suum in rempublicam peccatum: quomodo David Abner, prius hosti, plene conciliatus est 2. Samuelis 3. 1. 10, quotidie videmus Regis indulgentias culpam condonare admissam in Rempublicam, non remissa tamen culpa in hominem, contra quam philosphatur Peltanus. In diuinis autem: quia plurimis ipsi Papistæ agnoscunt dari a Deo plenariam indulgentiam, tum in Baptismo, tum alias. Quare, tentare, remissæve poenæ causa, est prorsus ab autoritate eius, cuius id iuris est. Iesuitæ vero, tum sunt inepitissimi, quum sibi videntur subtilissimi.

XXVIII. Octauum argumentum. Si peccatoribus, post remissionem, remanent complures peccatorum reliquæ: Ergo, remissa culpa, non semper remittitur poena. Remanere reliquias probat, quia inde sit frequens intellectus error, mentisque allucinatio: inde prava voluntatis vota, noxiaque desideria: & alia similia. Probat consequentiam: quia hæc reliquæ sunt veræ, propriece crucis, ac molestiæ ex turbido fonte natæ: sunt mali denique male: damnataæque illius arboris fructus.

XXIX. Respondeo: nego consequentiam. Alioquin mendacissime asserterent Catholici, in Baptismo remitti & culpam, & poenam omnem: ipsis non contradicentibus Papistis. Nam, hæc reliquia remanent in omnibus quantumuis baptizatis. Videlicet, hæc reliquia, vel sunt tantum incommoda, veletiam peccata. Incommoda tantum, ut in celo & us errans, in rebus physicis: desideria noxia, in grauidis mulieribus, & si quæ sunt eiusmodi. Peccata vero, mētis allucinatio, in doctrina pietatis, voluntatis desideria impellentia ad fursum, scortationem, homicidia. Illa incommoda, possunt interdum in poenam numerari; at non semper. Itaque, non concludent. Ista vero possunt, & solent, aliquomodo poenæ dici: sed comprehenduntur potius proprie sub peccatis. Enimvero, si poenæ sunt, at certe, non quæ satis facere possint Deo pro peccatis: quum potius augent semper peccatum, & mereantur nouas poenam. Itaque, comprehenduntur in remissione culpæ potius quam in remissione poenæ.

XXX. Nonum argumentum. Si Christi Redemptoris nostri crux, crucis & eius energia non vno, eodemque modo operatur in omnibus, in imperio.

Tom. III.

tiendo cœlesti, supernaturalique bono: Ergo neque in summouendo spiritali malo. Ideoque, interdum vniuersam poenam simul absunt, quandoque partem, quæ maiorem, quæ minorem.

XXXI. Respondeo: effecta crucis duum esse ordinum. Alia enim esse in nobis, absque nobis: Alia vero in nobis per nos. Hæc ea esse, quæ fieri oportet in intellectu, & voluntate, sic mutatis a Deo, vt tamen non contra eorum naturam: neque enim inuiti volumus bonum: sed ex nolentibus efficiuntur volentes. Illa autem, quæ a sola Dei voluntate ita pendent, vt in iis habeantur nos mere passus: exempli gratia, Adoptio, Misericordia, Amor. Nam, ut adoptet nos Deus, ut misereatur nostri, ut tamet, ita fit in nobis, vel potius nobis, ut nostri sint in eo ipso non ot nulli. Quæ prioris sicut o. dinis; ea factemur non eodem omnia modo: sed altera dicimus perfecte fieri, & eodem in omnibus modo. Sicut in homine ipso condendo, corpus quidem formatur a Deo, sed per naturam: itaque, in formando morte sunt, & gradus, & partes. Ast in anima inspiranda, longe alia ratio: non enim paulatim: sed uno momento formatur, & in sui perfectione: nempe, quia Deus hanc format immediate. Denique, ne ab hoc argumento longius recedam: farentur Papistæ, culpam perfecte remitti.

XXXII. Hoc posito, negamus sequi, poenam summoueri per partes: nimis, quia hoc fit in nobis sine nobis: sed pure, & absolute a voluntate Dei: quomodo in hominibus ipsis ut remittat poenam scelerato Rex, ita pendet ab arbitrio Regis, ut nullas, nisi patientis partes sceleratus sustineat. Partet in Baptismo saltem: vbi non dicunt Papistæ, Deum remittere seorsim poenam, & culpam: aut particulatim poenam: sed simul, & semel & omnino.

XXXIII. Cœlestis, supernaturalisque boni partes sunt itidem, ut oppositi mal: itaque, opponuntur bona malis, alia directe, alia indirecte: illa, quæ sui ratione, & quatenus talia: hæc quæ tantum quatenus mala. Sic sanctificatio opponitur directe peruersitati: adoptio reprobationi: remissio peccati imputationi: oblique autem sanctificatio reprobationi, adoptio peruersitati. Conceditur autem, si non eodem modo fiat bonum, neque eodem modo tolli malum: sed ita, ut bonum malo directe opponatur: quia enim quæ directe opponuntur, tollunt le murio, omnino necesse est, eodem modo hæc tolli, quo illa ponit. Itaque peruersitas, non uno eodemque momento tollitur: quia sanctificatio non vno, eodemque momento ponitur. Sed in oblique oppositis negamus idem esse iudicium: et si enim iniquitas tollatur, tamen adoptio nulla per partes efficitur. At negamus, directe oppositum poenam bonum sensim ponit, videlicet remissionem.

XXXIV. Decimum argumentum, à iustitia est, & sapientia Dei. Illam enim exigere, ut aliter in gratiam recipiantur, qui ante Baptismum, per ignorantiam, deliquerint: aliter vero, qui semel a peccati seruitute liberati, scientes, denuo Dei templum violare, ac Spiritum Sanctum contristare non formidant. Hanc vero, ne ita nobis absque illa prorsus satisfactione, peccata post primam reconciliationem condonet, ut occasione hinc accepta, & ecclesiæ leviora reputantes, in Spiritum Sanctum interim contumeliosi in grauora subinde scelerata labantur, thesaurizantes nobis iram in die ira.

XXXV. Respondeo: primum ex Terrulliano, de penitentia c. 4. *Audaciam existimo, de bono diuinum præcepti disputatione: neque enim, quia bonum est, in circuito auscultare debemus, sed quia Deus præcepit.* Itaque, non patior temeritatem (sic euim dicam libere) Papistarum, qui ratiunculis utrumque conceptis, metunt opera diuinæ: & pronuntiant hoc, illudve Deum decre, non decere: haud lecus, ac si de homunculo iudicarent, cuius voluntas à superiori aliqua lege pendeat. Nobis vero etiæ hæc sophismata essent soluti difficultia, tamen audacter contemnerentur, certis, mero Dei arbitrio, tum omnia, tū hoc ipsum, de quo agimus, dī pensari.

XXXVI. Secundo, hæc eadem ratio valet, si quid valet, æque contra Baptismum, ac penitentiam. Neque enim magis absurdum, templum Dei violare, & Spiritum contristare post Baptismum, quam ante: neque non baptizato licet thesaurizare sibi iram in die ire, quam baptizato. Vtrumque possit fieri ante Baptismum constat, quia factum sit. Facilius autem docet Terrullianus, eodem illo de Penitentia lib. 16. *Omne præterea cunctationis & tergiversationis erga penitentiam vitium, presumptio intimationis importat.* Certemin indubitate veria delictorum, medium tempus interim furantur: & commercium sibi faciunt delinquendi quam eruditio non delinquendi. Cur non ergo concludunt astutissimi homines petitisimique iustitiae, atque expertissimi sapientia: cur non concludunt, non debere in Baptismo remitti poenam cum culpa, & ut loquitur Peltanus, tolli omne omnino propriæ rationis debitum?

XXXVII. Tertio, quid si alia ratio sit efficacior, potentiorque huic in commode tollendo? Enimvero, non negem fortasse, aliquantulum esse utilles poenæ temporales: sed longe plus momenti æternis inesse, quis neget? Et has Scriptura toler proponere: Paulum attende, ad Hebreos 6. *Fieri non potest, ut qui semel fuerint illustrati, si prolabantur, denuo renouentur.* Et 10. *Si ultiro peccauerimus post acceptam cognitionem veritatis, non adhuc pro peccatis reliqua est hostia.* Quanto illud fortius: quanto potentius intonat auribus hominum; quam iste minaciæ quæstus, recidas sciens, volens, dabis aliquas poenæ: minutulas poenæ, leuiculas poenæ: Causa occidas hominē post Baptismum: alioquinie unandum erit annos septem: Causa alienum thorum polluas: nisi velis cilicio indui. Suntne hæc magna iustitiae arcana? profundæ illa sapientia axiomata? tam digna Deo? An potius hominum somnia, *τετραδιπτερα τοῖς Διγλωσσοῖς αὐτοῖς.*

XXXVIII. Quarto, iustitia Dei dupliciter dicitur, vel relate ad peccata hominum: vel relate ad Deum ipsum. Illam, si dicit Peltanus: nego, exigere, ut aliter admittatur peccatorante Baptismum, & post Baptismum. Ratio manifesta: quia omnino peccatore non vult recipi in gratiam: quum lex pronuntiet, maledicunt, esse qui non steterit in omnibus quæ sunt mandata. Si alteram mauct, secundum quam omnia Dei effecta iusta sunt, id est, nullo modo mala: nego rursus, alio modo per hanc recipi in gratiam post Baptismum, quam ante. Nempe, quia hæc iustitia est misericordia quæ in eo est, ut non puniatur peccator. Itaque, Christus, absque illa poenarum ressurectione, accepit in gratiam paralyticum, arronem, qui fuisse peccatores post Circumcisionem: Petrum etiam post Baptismum.

XXXIX. Undecimum argumentum esto Klingij. Semper petimus no-

Tom. III.

bis peccata dimitti, siue debita. Quale debitum, nisi poenæ pro peccatis debita, quando absoluto tollit omnem culpam?

XL. Imo utrumque, & poenæ & culpa. Quid enim est, quo coeretur, ut non sit nisi alterum: Maldonatum audi, *Dimitte, esse, non solum non impunari, non solum dissimulari, non solum non legi, non solum non puniri, ut non heretici fabulantur, sed penitus etiam tolli, penitus deleri, & in profundum mare proiecisti, ut Scriptura loquitur.* Non potuit maledicu homo non caninos dentes in nos stringere: sed nunc dissimilemus sane. Ergo aut mentitus est Maldonatus, aut haec verba, & remissionem culpe continent, & poena: nam, non imputare, dissimilare, tegere, delere, omnia ad culpam perrident: punire autem ad poenam. Lucas Brugensis, in Matth. 6. *Tunc dimittit peccatum Deum, quando actum habet eo loco, ac si non fuisse: maculum, restituisti suo nitori, atque integrasti animo, eluit, & poenam debitam remittit.* *Istud omne hic oramus, ut de peccatu nostris omnibus ita agat Dei Patris misericordia.* Olim Chrysologus serm. 67. *Homo si sine peccato esse non potes, & vis semper tibi dimittitorum, dimittit semper: quantum vis dimitti tibi, dimittit tantum: quoties vis dimitti tibi, tories dimitte: imo, quia vis totum dimitti, totum dimittit.* Et 68. *Dimittenda sunt autem fratres, debita non pecunia solum, sed omnium causarum, culparum, criminum.*

XLI. Quid? quod peculiariter hinc culpa intelligitur? Iansenius, Concordia c. 48. *Per debita a peccata intelliguntur: si dicta, eo quod hominem apud Deum debitorem pene vltionis, aut impetrandi gratie constituant. Toleto in Luc. 11. Sciendum est, peccatum dicte debitum ab effectu, quia inducit debitum, facitque hominem debitorem: qui enim peccauit, Deum offendit, iniuriaq. afficit, & inde debitor satisfaciendi remanet pro commissa culpa: quan. satisfactionem, nisi Christus pro nobis, sua morte, ac passione, Deo Patri obtulisset, semper homo debitor permanisset, ac inde reus pene aeterna per se uerasset. Quum ergo debita dimitti petimus: peccata a clericis, & auferri nobis rogamus, gratias quidem, & sine pretio respectu nostri, non tamen respectu Christi, qui pretium pro nobis solvit: peccatorum.*

XLII. Manifestum est, credidisse Iansenium, credidisse Toletum, praecepit postulari dimitti ipsum debitum, id est, causam, cur debito remansit: id est, culpam. Veruntamen eligat utrumkum Klingius, siue peculiariter postulamus remissionem culpe, siue communiter poenæ, & culpa, ergo non sequitur, post abolitionem remanere poenam, nam aequo iure culpa remanere concluderetur, quod absurdum.

XLIII. Duodecimum argumentum, est Gregorij de Valentia, puncto 5. q. 17. disp. 6. 2. Comment. Si quibusdam hominibus, qui quædam peccatorum genera commiserunt, temporalis aliqua poena decreta est diuinus, dubitari non debet, quin omnibus etiam aliis, vel eadem peccata, vel quæcumque alia, siue grauiora, siue minus grauia, quam illa committerentib. aliqua etiam temporalis poena, pro ratione ipsius culpe grauioris, siue minus grauius diuinus decreta sit, superfit similiiter exsoluenda post culpam remissam. At verum prius. Ergo posterius. Probatur antecedens multis exemplis, Adami, Mosis, reliquorum, que paulo post erunt enumeranda proxilius. Prebatur autem consequentia tribus argumentis.

XLIV. Respondeo; primo, negari assumptum, quia exempla Adami, Mosis, aliorum poenæ habent materialiter tantum, non etiam formaliter, id est, non sub ratione poenæ, sed castigationis: qua de re paulo post fuisse. Hæc autem controversia de poenis agit propriæ, & sub ratione poenarum. Itaque, non probatur id, quod oportet probari.

XLV. Secundo, nego consequentiam. Non enim à particularibus exemplis conclusio necessaria sit vniuersalis. Similis consequentia; Si in quibusdam peccata Deus punit æternam damnationem: ergo etiam in omnibus Rursus, Si in quibusdam punit per lepram; non remve filiorum: Ergo & in omnibus. Hæc falsa consequentia sunt: cum tamen antecedentia nequeant negari. Quid? quod si seipso confutant? Nam in Baptismo remitti totam poenam concedunt. Quod si verum; necessario falso est, omnibus peccantibus, decerni diuinus poenas exsoluendas, post dimissam culpam. Et tursus per indulgentias tolli dicunt has ipsas temporales poenas. Possuntne, aut solui sublate, aut tolli soluta? An potius cæcus est superstitionis imperius, ut seipso feriant Papistæ?

XLVI. Sed consequentia probatio prima, ipsa gemina est. Prior, non posse ex cogitationem discriminis, cur quibusdam peccatis poena quædam sit decreta, & non omnibus, praesertim grauiorib. Altera; Rationes omnes, ob quas diuinus aliqui puniuntur temporali poena, vniuersi pertinent ad omnes: nam, & per prauam conuersiōnem ad creaturam Deum offenderūt: & omnes timore poenæ à peccando vult deterreri Deus: & omnibus est salutare, ut moneantur, quantum sit peccatum.

XLVII. Respondeo; rationem sumi, vel a peccatoribus, vel a Deo: Si à peccatoribus, fateor nullam dari. In quo, quid absurdius, quam cum ne ipsi quidem Papistæ villam queant assignare, quare alij nullas dent poenas aeternas, alij vero contra? Quare Mariam lepta inuaserit, non alios? Quare, Core, Datan & Abiron, viuunt sepulti, at non alij plurimi? Quare Sodomitas ignis denorūt, non itidem Graeci olim, non nuper alios Sodomitis nihil castiore? Sed, si ab ipso Deo, tum vero datur & perspicua, & certa ratio, Voluntas, quæ hinc Gratia dicitur, cui vni acquiecent Catholici, dum Papistæ fatagunt circa plurima, puta, merita, satisfactiones, supererogationes, indulgentias, breuiter, nundinationes: mitum, nisi in dies alia ex cogitatione: quum ne his quidem inueniuntur, politis, multiplicatis, coaueratis habere possint conscientis pacem, ut festuant iustificata.

XLVIII. De causis quid dicam? Sunt, inquit communes. Forte, inquit, at non necessaria: alioquin, quia etiam non baptizati conuersi erant ad creaturas: & hos intererat deterri a peccato, moneriq., quantum sit peccatum: ergo his oportebat non dimitti poenas temporales. Quod si nihilominus aliter istis prouisum, cur non poterit & deinceps peccantibus, id est, post Baptismum: Et posse, sciunt Papistæ, qui tenent interdum sola contritione absolveri poenas temporales.

XLIX. Probatio secunda. Alioqui sequeretur, esse velut quandam personarum acceptationem in Deo: si non haberet se iusta quadam proportione erga omnes peccatores: ita nimis, ut quo aliqui magis minusve. peccant, hoc magis minusve temporali poena diuinus puniantur.

L. Quid ergo supereft, nisi vel stat se Deus, iudicandum apud tribunal humanum? imo paret se dandis poenis. Nunquam enim effugiet, quin sit acceptor personarum: maxime scuerissimis morum Censoribus, hactenad

postrema mundi senecta creatis Iesuitis. Cur enim Deum non pudeat baptizatis vniuersas poenas dimittere, & que Iudæis, Ethnici: pariter viris, infantibus? Cur blasphemum illum & persecutorem Tarrensem longe mitti tractare, quam Daudem, cui & mors infantuli videnda; & rebellio filii toleranda, & pestis subeunda fuit grauissima? Hoc Iesuitæ probent? Tantam anomaliam condonent, vel Deo? Sed Catholici: aliquanto æquiores Creatori, didicierunt, & in gratia nullum esse lecum posse acceptio personarum: & condonati peccata, non per legem, sed per gratiam.

L. Tertia probatio. Ex Sacra Scriptura satis multis in locis compertum est, hoc esse consilium Dei, & hanc legem prudentiae diuinæ: ut, sicut in remunerando, ita etiam in puniendo, & vindicando peccata, Deus reddat vniue- rique iuxta opera sua. Quod sane non fieret, si aliqui punirentur diuinus poena temporalis, alij minime.

LII. Ea vero in puniendo, in vindicando. Esto sane, inquam. Sed de poena, & vindicta nulla nobis quæstio est: imo de condonatione, quæ tanto distat à poena: quanto dies à nocte: quanto affirmatio à negatione. Itaque Sophista disputat contra hypothesis, & vagatur extra oleas. Deinde nugatur pueriliter. Nam, cur hæret poenæ temporali: quasi temporis hæc circumstantia magnum haberet momentum. Atqui ratio postulabat, hac ablata, simpliciter dici poenam: dici, inquam, non iri redditum vnicuique secundum opera, si punirentur quidam, alij vero minime. Hoc enim longe magis reddit ab illa prudentiae regula: tum autem, in altero oppositionis membro, remuneratio non tantum temporalis est, sed absolute. Cur ergo tam considerate Iesuita? An quia vidit non possit negari, alios puniri, alios minime? Prudenter: sed nos constanter & que negamus, contra prudentiam esse, aliquos temporaliter puniri, aliquos minime.

C A P . IV.

Argumenta Papistarum, de poenis temporalibus post hanc vitam.

I. Hæc tenus argumenta communia. Nunc illa, quibus probare sat agunt, remanere post hanc vitam poenas temporales. Hanc partem Bellarmine non dilputat: sed testatur: prolixè disputasse libr. 1. de Purgatorio: quod tamen apertum mendacium est. Nam cap. 7. secundam rationem firmando Purgatorio, hanc ille quidem protulit. *Quum conciliantur Deo peccatores, non dimittitur semper cum peccato tota poena temporalis: at, potest fieri, & sapientia, ut in tota vita aliquis non satisficerit plene pro temporali illa poena. Ergo necessario statu debet Purgatorium.* Veruntamen retineri poenam nullus probat, nisi ab iisdem argumentis, quæ habent in ista controversia, ut prober, remanere poenam aliquam persolendam in hac vita. De iis autem, quæ post eam, *sæpius, & sibi propter.*

II. Nisi forte pro arguento, imo disputatione prolixa haberi velit, quo & alios vlos scio: Superesse aliquas poenas post mortem: quia sint, qui non satisficerint eis, quas in hac vita debebant tolerare. Quo vis quicquam videtur dici potuisse futilius. Nam distinctum oportuit, quas poenas diceret, easne, quas Deo iudice an quas hominibus decernentibus sustineri oporteat. Nam, si has: tum facile conceditur multos obire vltimum suum diem, antequam ea poena expungantur, quod exempla docebant olim quotidiana. Sed huiusmodi poenas non expunctas in hoc seculo, exigunt in altero; mera somniatio est: nec nisi Papistæ scholæ febricantibus ardore somniari. Et quis credit sanus, à Deo misericorde, à Deo indulgentie, leuiores poenas in duriores commutari?

III. Sin autem poenas malit Bellarmine à Deo iudice constitutas: prius probatum oportuit, aliquas esse post remissionem culpe: quod, cuiusmodi sit, paulo post veniet in disquisitionem. Secundo, ut concedamus tantisper aliquas esse; tamen decidere quenquam, iis non expunctis, absurdissimum dictu. Non enim is Deus est, quem fallant ventura, aut cuius in irritum eadant decreta. Itaque, si constituit peccatorem quenunque dare sui peccati poenas in hac vita, nullo fieri modo poterit, ut ille decedat ante eas poenas penitus expellas. Et vero, quæcumque illi citant exempla poenæ aliquius referat: ea nulla sunt, non hoc constantia. Quare certum est, Dei decretum nunquam eiusmodi esse, ut dicat, exempli gratia: David poenas dabit adulteri, vel in hac vita, vel post mortem: sed determinate dabit in hac vita. Hoc si est, tum vero argumentum magnifice ridiculum est.

IV. Verum quæ Bellarmine causa videtur fuisse conclamata, deplorataque: eam Tappero puduit tamen manifesta desertione prodere. Quare malit pugnando fortitudinis speciem exhibere, quam fugiendo, siue latitando, nec non vinci, & dedecus infamiae reportare ex pura puta pertinacia. Examinemus topisimata.

V. Primum. Quod in futuro seculo iustorum peccata vindicentur, testis sunt Patres Veteris Testamenti, qui longa salutis expectatione, & exilio, usque ad Christi resurrectionem a societate sanctorum Angelorum, apud inferos pugnabant, non sine graui afflictione. Probat ex Zachar. 9. *Tu vero in sanguine Testamenti tui emisti, & vincisti tuos de lacu, in quo non est aqua.*

VI. Respondeo; supponi ingens mendacium, de Patrum exilio, de graui afflictione & poenis, apud inferos: quod quidem haud ita multo post propria controvērsia examinatum inuisus. Interea patiatur Tappero, nos firmiter credere, iustos merentes in Domino, longe ante Christi tempora admisso fuisse in regnum celorum, siue Abraham, ubi illis bene esset, ut Lazarus: hoc est, non tantum nullos patenter sensus, sed ne quicdem danni poenas: verum, plene requiescentia laboribus suis expectantes beatam corporum suorum resurrectionem. Locum Zachariae longe alter sonare, alias audiens, quem recurret: recurret enim, nec solum in controvērsia de Limbo, sed & de Purgatorio: nam virtus stabilendo adhibetur à Papistis, peritis eadem fidet: etiā duos dealbare parietes.

VII. Secundum sophisma. Ob peccatum, animæ iustorum expectant adhuc suorum corporum redempcionem. Quam enim mortale hoc inducit immortalitatem: tum primum fiet sermo, qui scriptus est, *Ab sorore es mors in victoria. Vbi es mors, vicitur tua. Vbi es mors, stinclus tuus:* interum sub altari clamant *Vitque quo, Domine sanctus, & verus, non iudicas, & non vindicas sanguinem nostrum de his qui habitant in terra?* Apoc. 6.

VIII. Respondeo; concedi resumptionem corporum expectari à iustis: sed negati, hanc expectationem vilam esse peccati remissi poenam. Ratio in prom.

in promptu: quia si hoc verum, ergo nulli ynquam remissa simul esset culpa, & pena. Nemo enim est iustorum defunctorum, qui non hac expectatio- ne teneatur. At Papilte consentiunt esse, qui bus utraque sit remissa. Kursitis si expectatio restituendi corporis, pena est: ergo Christus ipse post mortem luisit aliquam penam: quia saltem triduum expectauit. Ipse tamen agens Spiritum dixerat. *C. summatum est: Ioannis 19. id est, interprete Villagudo.* Nihil amplius paenarum exsolendum restat: Lucas Brugensis, *Vi conscientia omni- um quia ipsi erant toleranda, ac quandiu toleranda, postremam hanc esse passio- nis sua periodum pronunciat, finemque, ac terminum adesse eorum, que pro huma- no genere patti debuerat. Barradas, Hoc est, omnia que Pater me passurum decre- uerat, & pradixerat in Scripturis, & figuris, consummata, & perfecta sunt.*

IX. Neque vero locus Apocalypsis eo pertinet, Quid enim est? Nempe, iugatar Deus, ut vindicet sanguinem iustorum ab iis, à quibus effusus est. Atqui primum, hoc longo differt interuallo à pœnis. Non enim, si nondum vindicatum est in persecutores impios, ideo pœnas dant electi : Alioquin pœnas darent in ipso celo beatorum. Quum tamen ipse Tapperus paulo post dicturus sit, nihil ingressurum coelestem ciuitatem, quod sit obnoxium ferendo supplicio.

X. Enim vero, quod ad animas illas Ioanni vissas sub altari attinet, ut et alii aliter interpretentur, tam en Bellarminus, libr. 1. de Sanctorum beatitudin. c. 3. negat posse intelligi aliquem locum extra coelum, in quo illa anima fuerint. Per eius, *Vidit*, inquit, *beatus Iohannes*, *Sanctos Martyres*, quantum ad corpora quidem in Ecclesia militante, sub altari holocaustorum, propter eorum passiones. Et cedes, quantum vero ad eorum animas post mortem, in Ecclesia triumphante sub altari incensi, id est, in celo hostias perpetuas. Laudis immortales Deo, & indutis prima stola beatitudinis anima, certissima spe secundam glorificationis suorum corporum, consummataeque felicitati expectantes. Videntur animas in celo: animas in Ecclesia triumphante: animas indutas stola beatitudinis: & has adhuc peccatas dare? dare peccatas suorum peccatorum? & has adhuc purgari? Nam Papistis idem purgari, & peccatas absoluere constitutas. Iustinianus, ini. ad Philipp. ad illud, *Vivere mihi Christus*. Stultum esset, eque atque impium existimare quenquam esse in celo, qui Dei conspectu non perficiatur, & que ipsa non sit beatus.

XI. Tertium sophilma. De poena, quæ positiva post hanc vitam affigit iustos, testatur Apostolus Paulus 1. ad Corinth. 2. quando scribit eos, qui superadficauerint lignum, fœnum, & stipulan., taluos fieri, sic tamen quasi per ignem.

XII. At nos respondemus, huic ignem, siue quasi ignem, non esse proprium iis qui lignum, foauum, stipulas, superae difficauerint sed communem iis, qui argentum, qui aurum, qui lapides pretiosos, *Cuiusque*, inquit, opus manifestum fiet: dies enim declarabit: nam per ignem retegetur. Itaque si hunc ignem peccatum dicas, necesse est concedas, non tantum peccatis, sed etiam virtutibus præparatis, destinatisque esse peccata in futuro seculo. Quod quis non horreat dicere? Deinde, negamus vllum hunc ignem futurum post hanc vitam. Verum tamen prolixior huius loci tractatio, ut ipse Tapperus agnoscat, Purgatorio debetur.

XIII. Quartum sophisma. Si in hac vita punit & animaduertit Deus in iustorum peccata, nec statim poenam totam condonat, nihil dubitandum est, quin eos puniat, etiam post hanc vitam, qui minus purgati hinc exeunt. Nihil enim conquinatum in sanctam ciuitatem Hierusalem intrabit, nec supplicio ferendo ohnoxiun.

XIV. Sed haec puerilis est & crassa petitio principij. Supponitur enim, esse quasdam penas retentas, quae hic non persoluantur: quae tamen ipsa thesis est, quae deinceps agitur. Nos vero concedimus, multas esse penas temporales, peccatis debitas, quae non exsoluuntura iustis: sed eas retentas fuisse a Deo, quem condonabantur peccata: nego, quantumuis contra clamante Sophista, nihil dubitandum. Imo hoc ipso, quod non exigantur, condonatas dico. Qui ergo tantes accedebant ad Christum, iij omnes merebantur propter peccata sua, ut ne liberarentur a morbo, sed in eo perirent. Liberabat tamen Christus: inde dico eis simul dimissam & culpam & penam: neque aliter censendum de reliquis: ut omnino certum sit axioma, quae huius vita non exiguntur penae ante mortem, eas omnino non exigi: neque negare debent saltem Papistæ, qui alias tam se curiosos gerunt iustitiae divinae patronos. Nam cuius id esset iustitia, exigere in altera vita penas, penarum in hac vita loco: quum illæ penae infinitis spatiis superent istas? Imo iudicent auditores, quam sana mens sit Papistis: qui, quum grauissimas post mortem penas doceant redimi, leuiculis quibusdam huius vitae laboribus: tamen audeant asservare leuiores huius vitae, redemptum in grauioribus illis post mortem. Næ ego quidem ignoro, quid sit hoc tandem genus iustitiae, siue commutatio, siue distributio, quae minimis magna compensat, & maxima minimis redimit. Mitto quod ante dixi de frustranea Dei sapientia.

XV. Nihil non purgatum ingressorum in cellestes ciuitates, afferente spiritu sancto, non debemus negare: sed viderint papistæ, quid agant cum Deo, altera voce clamatante, & quidem ter. *Quod Deus purificauit, tunc commune, id est pollutum, dixeris, Act. 10.* Est autem remissio peccatorum, purgatio, & quidem absoluta plenaque purgatio. Viderint quid Paulo responsum faturi sunt, pronuncianti, ad Hebr. 10 *Vnica oblatione consecrauit (vulgata editio consummauit) Grace per alios, in perpetuum eos qui sanctificantur.* E nimvero, si non sunt purgati sunt conquinati, quomodo sanctificati? quomodo consummati? Denique, nego solas penas pollutae. Probo, quia 1. ad Corinth. 7. *Alioquin liberi vestri impuri essent, nunc autem sancti sunt.* Et erant tamen hi liberi rei peccatarum temporalium: quod si non impuri, ergo penæ non pollunt. Et vero impunitatem semper inuenias positam pro ipso peccato, siue culpa. Ad Roman. 6. *Stititis membra vestra super impuritati.* Postea, ad Corinth. 12. *Nec resipuerunt super impuritate, nun-*

XVI. *Quintum sophisma. Quum filij Dei ex Christi institutione, quotidie apud Patrem clament, ut debita sibi remittantur, nihil dubitandum est quin plerunque moriantur, nondum his debitis plene persolutis.*

XVII. Ast ego contra , nihil dubitandum , quin moriantur his debitis plene persolutis . Nam persolutio gemina , vna per se , altera per Christum . Priori , absit ut se quisquam fidelis confidat peccatum ullum suum per tolere . Et si consideret , cur oraret remissionem ? Aut quis ignorat eos postulare

remissionem, qui agno scunt non esse soluendo? Ast altera persolutio: haec vero est certissimum fundamentum spei fidelium. Et hanc illi quotidie postulant, immo flagitant. Nec durum & inexorabilem iudicem, sed benignum & propitiabilem immo iam propitiatum Patrem. Itaque non orant frustra, sed certi exauditionis. Quare, eo ipso quod quotidie precantur fideles, & clamant apud Patrem Demitte nobis debita nostra, nemini dubitanum, quin moriantur, omnibus debitibus plene, plenissime persolutis.

XVIII. Sextum sophisma. Nulla peccata Deus impunita relinquit: & id eo necesse est, quod puniantur ab ipso homine, vel à Deo. Et si peccatum parentum nostrorum, futuri seculi supplicio, vsque ad seculi consummationem in filiis Deus vlciscetur, nihil dubitandum est, quin graulter vindicet peccata nostra, propria voluntate, & sponte admissa: maneatque poena in seculo futuro soluenda, si hic iam non soluatur, nec pena tota futuri seculi semper remittatur, remissa culpa.

XIX. Imo, rursus pueriliter, *nihil dubitandum*, id ipsum est, de quo maxime dubitatur. Et quis Tappero tantum concessit maiestatis, ut quod nos tot Scholasticis, aliusque dicentibus, & afferentibus, disputantibus, controversum faciebamus, nunc uno momento tam facile concedamus Tappero, & quia semel, bisve, magno oris hiatu pronuntiavit, *nihil dubitandum*, ne hiscere quidem videamus?

XX Cæterum , nullum peccatum impunitum telinqui, potest ferti: sed

nos disputamus de peccatoribus puniendis. Importuni fortean Tappero: sed quid facias? Veritas cogit. Si leo rugiat, quis non timebit? Dominus Iehoua loquitus est, quis non prophetabit? Itaque, libere pronuntiamus, nullum quidem peccatum impunitum relinqui: sed infinitos tam en peccatores, nullas penas dare. Alioquin, quomodo verum, quod saepe obseruatui, sepius interandum est, propter obliviosissimos Papistas, quomodo, inquam, verum aliquam esse plenariam indulgentiam, quae simul & culpam relaxet, & peccatum? Vindicata sunt omnia peccata in Christo, qui penas luit pro peccatis omnium hominum. Sed nullas dant penas iij qui sunt in Christo: neque quia pro iis penas dedit ille, non tantum sufficienter, sed etiam efficaciter.

C A P₄ V.

*Nullam retineri temporalem pœnam post hanc vitam,
probant Catholici.*

I. **N**os contra disputamus, hoc arguento primo. **Quicunque & beat**
lunt, & requiecent à laboribus suis, ij nullam p̄cenam patiuntur. At
quicunque in Christo moriuntur, beati sunt, & requiescent à laborib. suis.
Ergo ij qui in Christo moriuntur, nullam p̄cenam patiuntur. Assumptio de-
scripta est ex 14. Apocal. **Tunc audiri vocem e cælo, dicens** mibi, Scribe: **Beati**
mortui, qui in Domino moriuntur post hac. Etiam dicit Spiritus: ut requiescant
à laboribus suis. En tibi vocem e cælo: vnde contra audimus voces e terra
necessaria est: an potius ex infernis? Non enim e cælo frigidum & calidum.

II. Bellarminus, cap. 12. lib. 1. de Purgatorio, bifariam eludit. Primo cum Anselmo, illud, *A modo, à nraq; non significare, a morte viuis cuiusque : sed ab extremo iudicio, de quo Ioannes eo toto loquitur capite : vt sit sensus, Beati mortui, qui in Domino moriuntur: à modo enim, id est, à fine huius iudicii, de quo nunc loquor, in æternum requiescent à laboribus suis.*

III. Verum, Anselmo, Bellarminoque, non omnes consentiunt. Andreas Cœsariensis cœnos örtus in tuis oīas et cœlos, non atra morsis, Illis reaps exitus à corpore, quies à laboribus. Aretas similiter cœnos yd nō örtus in tuis et cœlos, et tantus non a morte ait. Ca. Illis enim re vera exitus à corpore, requies est liberans à laboribus. Ambrosius, A modo, id est, à tempore mortis sua requiescit Sancti, à laborib suis, Richard. de S. Victor. A modo, id est ab ipsa morte.

IV. Neque contextus Græcus cū potest interpretationi quadrare. Primū enim, quis ferat, Beati qui moriuntur in Domino, quia à modo, id est, post resurrectionem requiescent? Nemo enim videt, ad idem tempus referri vtrumque, & moriuntur, & à modo: Non enim dictum, qui mortui sunt: sed præsentis tempore, qui moriuntur. Quod si ~~a magis~~, referas ad resurrectionē, ergo sensus erit, quasi iam factam resurrectionem repræsentantis: & ascendentis ab eo demum tempore, futuros illos beatos. Sed quomodo facta iam resurrectione intelligi possent qui moriuntur in Domino? cum nemo omnino moriatur? Nam moriuntur, pro mortui fuerint: inusitata est enallage.

V. Secundo Grace, *re*s* a *nu*p***ri**, non conne*ct*ur cum sequentib*us*. Re*qu*e*s*cent à laborib*us* suis: vt in editione Latina: ed cum præcedentib*us*, v*er* i*ter* Beza, moriuntur post hac. Non posse autem nec*t*i sequentib*us*, argumento est affirmationis particula, N*on*, quæ omis*sa* est Lacio interpreti: hac enim non sole*t* sub*ii*c*pi* prim*a* comma t*is* voc*i*: sed inchoare potius ipsa sententiam. Matth. 9. 28. N*on* *x*u*e***: & alias s*æ*p*e*. Denique, consulant aut*scip*as aures, non medi*us*, Atheni*s* barbar*æ*, quomodo sonet, A*n*d*en*** *v*ai**, *x*y*e*** *to*’** *x*u*p*u*m*a*****: & fari*s* erit mihi supplic*io*, de Anselmo Bellarmine o*que*.*

V. Toto capite agi de extremo iudicio, primum, nescio an concessuram
sint Papistæ, qui & legunt, *Cecidit, cecidit Babylon, urbs illa magna*. Et inter-
prantur Romam Ethnamicam. Sa, Roma: quæ sic appellatur ab Apostolis ob-
idolatrium, & flagitia. Nam profecto Babylonica non corruet de-
rum in extremo iudicio quæ iam pridem nulla est.

VII. Sed ut deus ramen describi, nihil inde conficitur. Nam præterquam quod prædicatur, nō prælens, sed futurū, et si propheticō more per phrasēs præteritas, hæc autem iustorum mors, per præsentes, atque adeo addita particula, *etiam in*: hoc etiam non tatu dignum quod post eam repræsentationem, immediateque ante locum a nobis citarum habetur, *Hic tolerantia Sanctorum: hic qui obseruant mandata Dei, & fidem Iesu. Quæ verba, et si variè à variis exponantur, tamen indicare non possunt ipsius tempus iudicij postremi: nam patientia tunc nulla: sed præsens consolatio.* Imo, tum nulla fides, sed potius fructio. Quare, commodus sensus, ut ostendar Ioannes, in expectando hoc iudicio, exerceri patientiam Sanctorum, & hanc inde patientiam oriri, quod interea certum sit, eos qui moriantur in Domino beatos esse, etiam ante iudicium. Haimo part: *culam, hic, exponit, in hac vita Aratas, in vita reuersu, et amicis, in tempore Antichristi.*

VIII. Denique, huic solutioni videtur Bellarminus non admodum confidere: Itaque, si id, inquit minus alicui proberetur, respondere possumus cito Richardo de S. Victore, & Haimone, loqui B. Ioannem de viris perfectis, a

DE POENARVM CONDONAT.

praesertim de Sanctis Martyribus (eos enim hoc loco consolari volebat) qui simpliciter moriuntur in Domino, neque aliquid purgandum secum ferunt. Nam, qui decadunt cum peccatis venialibus, aut cum debito peccati alicuius temporalis, si non simpliciter moriuntur in Domino, sed partim in Domino, ratione charitatis, quam secum ferunt: partim non in Domino, ratione peccatorum, quae nihilominus secum ferunt. Neque mirum, aliquos mori, partim in Domino, partim non in Domino: quum Augustinus, libri 3, contra duas Epistolas Pelagianorum, c. 3, eosdem homines in hac vita, partim dicat esse filios Dei, partim filios huius seculi.

X. Possumus, inquit, respondere: Satis titubanter. At cur non constanter? Nimirum conscientia sibi ipse, ne hanc quidem solutionem esse priorem certiorum. Et de Martyribus quidem, scio visum, non Lyrano tantum: qui, id est, in confessione Domini nostri Iesu Christi per palnam martyrum: sed etiam Theodoro Bezae, viro beatæ memorie.

X. Verum aliis aliter videtur: nec immerito. Nam, quod ille obseruat Hebraicnum, πρόπερτον Δομίνον dabit veniam, neganti Hebraicnum hanc admittere interpretationem. Enim 1 particula, vel instrumentum designat, vel subiectum, aut quid habens speciem subiecti in quo. Instrumentum hoc loco significari, absurdum. Ergo subiectum. Ut longe praestiterit conferre cum his phrasibus: Prior ad Corinth. 7. Qui in Domino vocatus est. Et post, libera est ad nubendum, tantum in Domino. Ad Rom. 16. Eos qui sunt in Domino: & qui laborant in Domino. Ut, nempe, status denotetur quo essent, i.e. qui morerentur: nempe hærentes Domino.

XI. Quod vero Bellarminus notat, Ioannem voluisse consolari martyres, falsum est & confictum de industria. Si tamen solos intelligat: ut videtur: quum alioquin solutio nulla sit. Sed horum ergo solorum haberi rationem, nullo ex textu probabitur indicio. Et cur non, quæcumque, omniū omnino Christianorum? Quasi in tantis turbis quæ prædictabatur futuræ sub Antichristo, non omnium fidelium duræ partes essent, etiæ citra necessitatem martyrii.

XII. Perfectos illos, quos cum martyribus nominavit, video etiam placuisse Renato Benedicto in Panoplia. Vix alii. Apud Richardum lego, Id est, & in confessione Domini. Sed, id cur de solis nescio quibus perfectis dictum censeamus? Apud Primasium, Illi in Domino dicuntur mori, qui sive, vita, probabiles, hinc meruerunt euocari. Apud Anselmum, Qui in confessione Domini vera dissoluantur. Apud Aretam, οὐ μέτρα μαρτυρίου τε σηκώσεως δικαιούσης οὐ κακού παρατηρεῖται, τε τελεούτου τοῦ θρησκευτικού, & των πιστογραφίων. Non omnes prædicat beatos mortuos, sed in Domino morientes: mortificatos mundo, & mortificationem Domini Iesu in corpore circumferentes. Quæ quidem descriptiones sunt omnium vere fidelium.

XIII. Haimonem legi scripsisse, Quæ sententia dupliciter potest intelligi. Beati mortui seculo, qui in Domino moriuntur, viventes virtutibus: qui scilicet pleni fidei, & ceteris bonis operibus de hoc mundo migrant. Quæ verbæ a forte vita sunt Bellarmino, quos perfectos describere. Sed aduertere debuit, eundem scripsisse, Hæc vox tam ad ipsum Ioannem pertinet, quam ad omnes fideles, qui remunerationem sepulternam expectant. Et paulo post, Quod superius dicit, Beati qui in Domino moriuntur, omnibus electis congruit.

XIV. Sed enim, quid hoc sermonum est, mori aliquos fideles, partim in Domino, partim non in Domino? Fideles mortem obeantes, secum ferre peccata: Quæ Scriptura dixit? Quis Propheta afferuit? Quis Euangelista scripsit? Quis Apostolus prædicavit? At qui peccatum differt a sua poena. Et peccatum saltem dimitti, consenserunt Papistæ. Miram auctoritatem. Qui dimitti peccatum clamant, non sicut nos, quum non imputatur: sed quum re auferatur, ut nullum sit: eosdem afferere, remissum peccatum adhuc circumferri, & circumferri post mortem. At qui Paulus, quum quereretur, sentire in se legem rebellantem, exclamauit, 7. ad Romanos, Quis me eripiet ex isto corpore mortui. Cur nisi quia pro certo habuit fideles solutos corpore, solutos quoque esse lege illare rebellante? Iustinius, Liberatorem expedit: quin natura imbecillitatem erigat, & confirmet, continentem pugna finem aliquem afferat, & cunctos mortales peccati seruante eripiat. Quanquam huic nimium dictum, cunctos mortales qui debuit tantum, cunctos fideles.

XV. Intelligo dicere Augustinum, eosdem esse filios Dei, & filios seculi, sed partim filios Dei, partim non filios Dei, nego vñquam dictum Augustinum, aliive doctori Catholico. Etenim filii Dei, non filii Dei, contradicentia sunt: vt non possit, qui filius est Dei, esse non filius Dei. Imo Augustinus dixit, Peccant enim & filii Dei: sed ea conditione peccant, quia sunt filii adhuc huius seculi: quæ vero gratia sunt filii Dei, non viri, peccant. Est autem longe aliud, filios esse Dei, secundum quid, & filios seculi secundum aliud: quā, partim esse filios Dei, partim non. Imo audi. Pelagiæ dicebant, baptizatos, ex parte filios Dei fieri, ex parte filios seculi, id est, Diaboli remanere. Augustinus contra, Mentiatur, insidiantur, ergiuerantur. Omnes homines qui sunt filii Diaboli etiam filios seculi: non autem omnes filios seculi, etiam filios Diaboli dicimus. Nimirum, eos ipso, qui filii sunt seculi, indicans esse filios Dei posse: non vero partim filios Dei, partim non: quanquam verum, non ea ratione esse Dei, quia seculi: ac proinde, esse quidem diuersa, filios Dei, filios seculi: at non oppoita. In Bellarmino autem, quis dicit diuersa, & non potius contradicentia, mori in Domino, non mori in Domino? Comparauit ergo Bellarminus diuersissima. Quid ergo causa supereft, quomodo portentum sermonis nouum, anathemate percutiamus,

XVI. Renatus Benedictus, corum hic tantum fieri mentionem, qui sancte vixerunt, & mandata Dei obseruarunt, (quibus verbis putabat, opinor, eos describi, quos Bellarminus uno verbo dixit perfectos) probat ex praecedentibus, Hæc est patientia Sanctorum, qui custodiunt mandata Dei, & fidem Iesu Christi. Nam ierua, inquit, Dei mandata, & nullum patiens post mortem Purgatorium.

XVII. Atqui, inquam, non seruantibus mandata Dei, fidemve Iesu Christi, nos credebamus paratam esse gehennam ignis. Mutantur Papistæ? & incipiunt docere, etiam hos seruandos saltē per Purgatoriū, quib. pro nihil sunt mandata Dei. Et de ridiculo fides Iesu? Viderint. At nos cum Angustino, tum obseruata dicemus mandata Dei, quum quæ non facta fuerint, nō imputabuntur. Itaq; qui seruant mandata Dei, non eos esse, quibus nullum fuerit peccatum: sed quibus nullum non remissum. Alias, quanam spes vñli fore Christiane declinandi Purgatoriū: Papistice loquor: sed Christiane declinandi inferni: quando, qui negat se habere peccatum, menda em prouunt. Spiritus Sanctus? Breiter. Omnibus qui seruant mandata Dei,

& fidem Iesu Christi, promittit hoc loco Dominus, nillas fore post mortem poenæ. At omnes fideles seruant mandata Dei, & fidem Iesu Christi. Ergo nullis fidelibus nullæ futuræ sunt poenæ post mortem.

XVIII. Alterum nobis argumentum. Quis sunt cum Christo, nullæ patiuntur poenam: at fideles post mortem sunt cum Christo. Ergo nullam post mortem patiuntur poenam. Probatur maior: quia, qui sunt cum Christo, sunt in Paradiso. Testate ipso Christo, Hodie mecum eris in Paradiso, Luke 23. At Paradisi locus nullarum est poenarum: sed gaudijs, & mercedis.

XIX. Probatur assumptio: ex Paulo ad Philip. 1. τὸν ἐνδιδούσαν τὸν τόπον αὐτού, εἰς τὸν Χείρον στοιχεῖον. Id verit Interpres vetus, Desiderium habens disoluī, & esse cum Christo: Beza olim, Desiderans migrare. & esse cum Christo: post tendens ad remigrationem, & ut cum Christo sim. Eodem sensu: nimirum, ut & αὐτὸν significet discessum ab hac vita: metaphoræ sumpta à viatorib. qui λύεται, solvere dicuntur, quum è loco suo discedunt. Quanquam Beza existimauit, non frustra dictum λύεται, & non simpliciter λύεται: quod ramen ad rem præsentem non pertinet. Vtneque enim id se habeat, tamen manifestissimum, duo illa Paulo coniuncte fuisse, fidelem migrale è vita, & esse cum Christo. Tertullianus addidit & notam temporis, de Patientia c. 9. Cupio, inquit Apostolus, recipi iam, & esse cum Christo. Quod ramen votum non proprium Paulo, sed agnoscit commune fidelibus: de Spectaculis. c. 28. Nam quod est aliud votum nostrum, quam quod & Apostoli, extre de seculo, & recipi apud Domum: Ad uxorem, primi c. 5. Cupidi & ipsi iniquissimo isto seculo exire & recipi ad Dominum.

XX. Ei loco similis locus est poster. ad Corinth. 5. Scientes dum commoramus in corpore, nos perigrine abesse à Domino: Confidimus autem, & probamus potius migrare è corpore, & ad Dominum ire habitatum. Item, paulo ante, Scimus nos, si terrestris huius domus nostra & tabernaculum dissoluum fuerit, adficium ex Deo habitu, domiciliu: ut delictum non manufactum in celis. Ante lumen in hæ verba, Scimus quod adficiuntur, id est beatæ mansioem habemus statim ex Deo, Thom. Pro certo habemus, quoniam si terrestris domus nostra huius habitacionis, id est, corpus, dissoluatur, id est, corruptum per mortem, habemus statim non in spe, sed in re, meliorē domū, siue adficiuntur, domū non manufactā, id est, gloriā celestem.

C A P . VI.

Depœna temporalis post remissionem in hoc seculo.

I. Tertiū caput supereft, de iis poenis, quas ita retentas volunt post remissionem culpam, ut pertincent ad hanc vitam. In quo capite sufficiunt nobis argumenta generalia c. 3. disputata. Itaq; vnicus labor erit in aduersariis expendendis.

II. Probant igitur longa exemplorum enumeratione, remissis culpis imponi tamen à Deo peccatorib poenæ quædam in hac vita tolerandas. Primi n. peccati poenæ esse omnes infirmates, atq; aduersas res huius vite morte deniq; ipsam, & quæ ad mortem accedunt. His a. affici, non reprobos tantu, quibus imputantur, sed etiæ fideles, quibus sua peccata remissa sunt: in quæ partem p' urima est omnium dierum experientia: Adami adeo ipsius.

III. Præterea, non patua esse deinceps variorum peccatorū fit punitio exempla. Secundi Samuel 12, Daud post impetratā adulteriū venia atq; homicidij, punitur morte filij. Et 24. ob numeratū populu, eidē imponitur oprio bellū, famis, vel pestis. Exod. 32. multa hominū millia sine discrimine interfecta fuere proper peccatum adorati vituli: quū ramen non sit credibile, omnes in eo peccato mortuos, quandoquidem Dominus testatur sit, se ob Mosis preces, peccatum illud remisit. Numer. 14. populus vniuersus murmurauit, conciliatusq; est Deo, intercedente Mose: & tamen mortui sunt omnes in deserto, exceptis Caleb & osue. Viceclimo, Moses, atq; Aaron, quod non glorificarint Deū ad petrā, damnantur mori in deserto, Maria quoque soror Molis, leprosa fuit punita. Prior. ad Corinth. 11. testatur Paulus, multis eorum, qui indigne communicabant Sacramento corporis Domini, morte affectos, quos tamen reconciliatos, inde coniicias, quod idem subiicit. A Domino corripimus, ne cum hoc mundo dannemur. Denique ex Ps 99. Deus, in propitiis fuiſti eis, v. iſcens in omnes adiumentiones eorum.

IV. Sed nemo nostrū aut ignorat posse in hanc partem multo plura cītari, aut negat multa immittit à Deo dura in eos ipsos, quibus gratiam fecit peccatorum. Nempe igitur, nullus hæc labor esse debuit ad uerbi orationem: sed alter, à quo ramen consulto, opinor, absint, utrum sic punita fuerint sc̄leia: utrum, in quam, hæc fuerint peccatorum poenæ: & utrum Deus hæc immisericit, ut puniret peccatores. Nos enim negatū imus: & rē sic explicamus.

V. Pœnā, alias materialiter dici, alias formaliter: quomodo alia plurima: vt domū, & pro materia futuræ domus, & pro ruderib diruta. Genel. 1. In principio creauit Deus cælum & terram: quum ramen materia esset duxata ad fabricam cælorum & terræ. Postea. ad Thess. 1. Sedebit in templo Dei, id est, quod fuit olim templum Dei. Sic poenæ materialiter dici posse, quæ fuo genere exdē sunt eūpeenis quib. peccata vindicantur. Formaliter a. quæ re vera immittantur proper peccata & tantu proper peccata punienda, quū earum, quæ materialiter nominantur, alius sit finis, & aliud effectum.

VI. Apparet necessitas distinctionis, quia eadem mala, reperiēre est aliquādo quidem poenæ aliquando minime. Ioh. 9. Apostoli, quum primum cœcum vident illum à natuitate, interrogant, Quis peccauit? hic, an parentes eius? Nimirum, persuasi hanc cæcitatem esse aliquid peccati poenam. Sed Christus emendat Neque iste peccauit, neque parentes eius: oīu a πατέρι τούτῳ, inquit, Theophylactus, αὐτοὶ εἰς αὐτοὺς πάτερες: non alienos eos dicens à peccatis: οὐδὲ τούτοις, οὐδὲ τούτοις εἰς τούτοις αὐτοὶ αποτίνεται ιταντοφόρος γονός, Non enim absolute dixit, non peccasse parentes, sed cum additione, ut cœcus nasceretur. Et contentiū Theophylacto omnes interpretes: etiā Papista. Huic ergo cæcitas non fuit poena: nam omnis poena fit proper peccatum. Ait in Elyma cæcitas fuit vere poena A. Ctor. 17. Auctor operis imperfecti in Matth. homil. 49. V. q̄ ad Christum, Iudei, eti peccatores fuerunt, tamen filii erant, non hostes: & ideo omnis ira, qua veniebat super eos castigatio erat de misericordia ve- niens, non condemnatio de ira descendens.

VII. Idipsum testatur historia Iobi, quem omnium ferme hominum fuisse afflictissimum res ipsa prolixè docet. An proper peccata? siue, an punitum? Sic quidem, & opinabuntur, & disputabant eius amici. Sed Deus contra, tenuis fuit eius innocentia. Nec vero, Christum dicentem Apostolis, Iohannis 16, Monobunt vos Synagogis: ino veniet tempus, quum quisquis trucidat

trucidabit vos, putabat se cultum prestatere Deo, idem voluisse ac si diceret, ego sic sumam de vobis penas, quicquam mihi persuaderit. Quid est quum Paulus audierat ab Agabo, Act. 21. Hoc dicit Spiritus Sanctus, Virum, cuius est haec zona, ita vincient in Hierusalem Iudei, tradentque in manus gentium, aut a Christo Petrus, Ioannis 21. alius te cinget, & transferet quo noles: sic putamus audisse, quasi a iudice sententiam in sua peccata?

VIII. Quin coguntur Papistae distinctionem admittere. Concedunt enim, interdum saltem remitti culpam, simul & omnem penam: semper aurem in Baptismo: nec sunt tamen adeo parum pudentes, ut negent, baptizatos obnoxios esse omnibus iis incommodeis, quorum exempla prolati sunt. Et, quum Virginem matrem expertem fingant omnis peccati, Baptisten etiam sanctificatum fateantur ab eterno; tamen neutrum exsuffit mortalitatem, eius uice incommoda, ante solutam a corpore animam, hanc tenet austererunt. Quare alterutrum necesse est, vel ut haec eadem incommoda, quae in aliis, puta, Caino, Saule, Iuda, vere fuerunt penae; in baptizatis, in Maria, in Ioanne non esse: vel in Baptismo non dimitti omnes penas, par. 3. quest. 69. quum art. 1. definuit, Omne peccatum per Baptismum tolli: Secundo, illum qui baptizatur liberari a reatu totius penae sibi debita propeccatis, ac si ipse sufficienter satisficeret pro omnibus peccatis suis: tamen tertio, negat per Baptismum tolli, aut concupiscentiam, aut alias penalitates, in praesenti vita: sed eius tandem virtute, sublatum iri in resurrectione. Penalitates, eas nominans, quas nos penas materialiter.

IX. Altenstaig, in verbo, Pena, Nec tamen semper infligit Deus penam, propter peccatum commissum, ut scribit Gabriel, distinet, quest. 1. artic. 2. lib. 9. sed etiam quandoque propter Dei gloriam, aut hominis meritum cumulandum: quandoque etiam propter eius qui punitur, aut aliorum instructionem, quamvis forte tunc improprie dicitur pena, quum non praecepsit culpa. Sicut patet de pena brutorum: item, de afflictione iustorum & martyrum, ac gloriose Virginis, quae ordinatur ad coronam. Si vero accipitur pena proprie, pro quadam vindicta: sic dicit, ordinem ad culpam in se, vel alio modo, praecedentem, aut aucta presentem. Bene, ut Papista: ut Scholasticus: haec duo saltem: Pena non esse, nisi posita culpa. Hac non posita, improprie dici penam. Et omnino hoc posterius necessarium: nam quum relata sint, peccatum, & pena: relationis fundamentum, est culpa, sive reatus: quomodo patris, & filii generatio; sicut igitur filium necesse est improprie dici, ubi nulla generatio est, ut in adoptione, sic, ubi culpa non est, pena oportet improprie appellari.

X. Ab his fundamentis, illud est Augustini, tract. postremo in Ioan- nem, Hanc itaque vitam, de qua scriptum est, nunc quid non tentatio est vita humana super terram: in qua quotidie clamamus ad Dominum, Libera nos a malo, cogit homo tolerare, etiam remissi peccatis: quamvis, ut in eam veniret misericordia, primum fuerit causa peccatum: productior est enim pena quam culpa: ne parua putaretur culpa, si cum illa finiretur & pena. Ac per hoc, vel ad demonstrationem debitae misericordiae, vel ad emendationem labilis vita, vel ad exercitationem necessaria patientia, temporaliter hominem detinet penam, etiam quem iam ad damnationem sempiternam reum non detinet culpa. In Psal. 138. Vnde autem Dominus non tenebat tenebras nostras? Quia non nos sinit impunita habere peccata nostra. Flagellat nos in istis laboribus, & erudit nos. Tota ista miseria generis humani, in qua gemit mensus, non eritis fratres, quia dolor medicinalis est, non sententia penalitatis. Chrysostom ad Hebr. hom. 19. παντελέαν τον θεόν, οὐδεὶς κακὸς, οὐδὲ τινων εἰσι, οὐδὲ τοπεῖται. Si disciplinam, inquit, suscipueritis: non ad penam, neque ad supplicium, neque ad hoc, ut male patientem. Ex eo Ocumenius, οὐδεὶς εἰς την πεναντιανήν θέσην, γενετοντας: Vos ad disciplinam vocat Deus, non ad supplicium. Thomas, quum docet in Baptismo remitti quidem reatum, at remanere penalitatem, art. 3. q. 69. par. 3. Et hoc rationabiliter. Primo, quia per Baptismum homo incorporatur Christo, & efficitur membrum eius: & ideo conueniens est, ut id agatur in membro incorporato: quod est actum in capite. Secundo, hoc est conueniens propter spirituale exercitium, ut videlicet, contra concupiscentiam, & alias passibilitates, pugnans homo, victoria & coronam acciperet. Tertio hoc fuit conueniens, ne homines ad Baptismum accederent propter impossibilitatem presentis vite, & non propter gloriam vita eterna.

XI. Nempe igitur, tum Augustinus, tum Thomas, eorum inco modorum, eti corudem materialiter, cum penas quae debentur a peccatoribus, fines alios assignant: quae vindictam peccatorum: scilicet, quia hic finis necessarius est ad penam definitionem: itaque, eo sublatio, auferri necesse sit ipsam definitionem. Præterea, fines assignant, non tam alios, sed etiam bonos: & quidem ita bonos, ut redeant in bonum ipsius, cui illa incommoda imponuntur. Enimvero, eti finis ille puniendo peccata, sit bonus, ut pote iustus: tam non tendit in bonum punitum, hoc enim abhorret a sensu communis, ut benefiat ei, a quo pena sumuntur. Nisi forte per accidens: sicut olim Pelias hasta lanuit, quem occisum ibat. At hic nihil per accidens: nam quod sit per accidens, sit præter intentionem agentis. Atqui, tum Augustinus, tum Thomas, hos fines dicunt esse, hanc intentionem. Ergo superest, haec incommoda, non esse penas, nisi improprie.

XII. His positis, facilis fuit Caluinus, ppositi arguendi solutio; quæ Bellarminus sine causa exagit, negante Deum a iustis viis expertere penas in vindictam peccati præteriti: sed eos tantum patrone castigare, ad profectum, & emendationem in posterum. Nam ille quidem vere dixit: & multo plenius, quam Bellarminus reciteret.

XIII. Primum enim, agnouit quasdam à Deo penas exigere peccatorum commissorum. Quid enim esset contra sensum communem? Verba sunt ex eo, quem ille citat §. 31. c. 4. lib. 3. Institution. Nostra omniū non mediocriter refert intelligere, quorū sum peritaneat Dei castigationes, quibus in peccata nostra animaduertit. En tibi animaduertere: quātu o id distat apud Edo? Castigationes e tibi: Ne haec quidē longe à penam. Sed audi penas ipsas, Sanctorum ubique legimus, tales penas placido animo suscepisse. Quid queris amplius? Denique, paragrapto proximo, Stat sœdus, in vero nostro Salomone nobiscum percussum, cuius fidei nunquā fore irritam, is, qui fallere non potest, affirmavit. Si dereliquerint, inquit, filii eius legē meam, & in iudiciis meis non ambulauerint: si statuta mea profanarint, & mandata mea non cōfiderint, visitabo in virga iniquitatem eorum. & in verberibus peccata eorum: misericordiam autem meam non auferam ab eo. Et penarum nomen desideret, qui virgas audit: qui verbē?

XIV. Quid ergo Caluinus habuit, quod iesuitico cerebro fuerit importunum: quod opportunum ad calumniam? Has penas non expeti in vindictam præteriti peccati. Imo debuit Sophista, ne fraudis suspectareretur, distin-

ctionē à Caluino plenus explicatā, nō omittere. Nam penas ille norat, nō semper eadem esse notione; Si obseruassent, inquit, duo esse diuini iudicii genera, lige alia in hac Davidis correptione vidissent penam formā, quā quae ad ultionem tendere putanda sit. Non penam nullam: sed aliam penam formā. Quomodo? Duo esse iudicii genera, vñū vindicta, alterū castigationis. Quae nomina a se testatur imposta, non ex accurate proprietate votū, sed docendi necessitate: quod genus exceptionis norunt omnes docti, tunc usurpari, quum disceditur aliquantulum à proprietate, impouunturq; nomina, non quae perpetuo res distinguant exacte: sed tanus per dum aptiora occurrant.

XV. Omissa igitur vocū subtilitate, rem ipsam potius, eiusq; definitionē ponderemus, Iudicio vindicta, inquit, sic intelligendus est Deus inimicos suos ulcisci, ut iram aduersus illos suam exerceat, cōfundat, dissipet, in nihil redigat. Id ergo sit nobis proprie vindicta (nota proprie) ubi punio cū eius indignatione coniuncta est. Iudicio castigationis, non ita sauit, ut trascatur: nec vindicat, ut perdat, vñfulmet ad interitum: unde non est supplicium proprie (rursus proprie) aut vindicta, sed correctio & admonitio.

XVI. His subtractis definitionibus, quid potuit verius à Caluino dici, quā non experi penas à fidelibus in vindictam peccati: sed emendationē. Aut, quis sanus patiatur contra affetti? Nam, in quos exercetur ea vindicta, eorum bonum nullus est finis eius vindictæ, sed tantum interitus, cui sunt ob sua peccata destinati. Atqui fidelium suorū Deus, nec querit, nec procurat malum: imo potius bonum; & salutem. Non ergo illo modo vindictam sumit de eis. Altero igitur, quod Caluino affirmatum.

XVII. Summa solutionis ad eam distinctionē reddit, quā nos posuimus. Sumit, inquit aduersarii, Deus penas aliquas post remissum peccatum: Ergo penam non semper remittuntur, remissa culpa. Distinguo penas proprie dictas, & improprie. De propriis, negatur antecedens, indeque est consequens De improprie nuncupatis cōceditus vñiuersum argumentū: quia præter cōtrouersiā. Nos improprie dictas, materialiter penas nūcupabam⁹; reliquas formaliter. Et hoc ipsi Caluinus innuit, vñus ipsa voce formæ.

XVIII. Verū, ait Bellarminus, Scriptura causam referēt mortis filii Davidis, nō ait, ut caueas in futurū: sed, quia blasphemare fecisti inimicos nomen Domini: propter nomē hoc, filius qui natus est tibi, morietur. Vbi videmus, penam Davidi in inflictam, referri ad præteritū, potius quam ad futurum, quod negabat Caluinus.

XIX. Imo, non negabat Caluinus: qui, ut ostēdimus, agnoscebat peccata visitari: in peccata Deū animaduerrere. Sed negauit respicere in vindictam delictorum: Ferulū, inquit, verberantur filii, non ut multā delictorū persoluant, sed ut inde ad resipicentiam proficiant: proinde, in futurum eas potius, quam in præteritum tempus respicere intelligimus. Vere, & pie: non ut significet nullo modo referri in præteritum: quomodo enim, si ob delicta præterita? Sed, ut testetur, finem eam ferulat esse futuram emendationem.

XX. Nec contra quicquam Deus est eloquitus. Nam illud, Quia blasphemare fecisti, nullum finē designat, sed occasiō potius peccatum admisum. Peccatum, inquam, nō culpam, sive rearum penam. Non, inquit, significat, Ecce, tu peccasti: & inde tibi debetur pena: peccatum condonabitur, verum, exigitur pena. Nullo modo: sed, condonatur tibi, & peccatum, & quā inde meritus es, pena; quia tamen peccasti, morietur filius tuus: nimirum, ut discas posthac non efficere, & nōmen Domini blasphemetur.

XXI. Atqui, inquit, David ipse intellexit, sibi inflictā penam, nō ad causā futura: quod testantur lachrymae, ieuniū, humicubatio, quibus filii morte auertere conat̄ est. Neq; n. penā sibi vñile ad cauenda futura, & ad hunc solū finē inflictam, deprecatus esset vir sanctus: sed quia intelligebat, luendā sibi penā ob peccatum præteritū, peralī viam satisfacere cupiebat.

XXII. Mitto id postremum, de satisfactione, præcocius: non memore Sophista, nōdūm probasse, satisficeri posse Deo. Sed cui tandem fides certior, Bellarmino, an ipsi Davidi? Nam David in suis precibus postulauit emēdari in futurum. Psal. 51. Cor mundum crea in me, Deus: & spiritū rectū innova in viscerib. meis: ne prœicias me à facie tua: & Spir. Sanctū tuum ne auferas à me.

XXIII. Mortem ille quidē deprecatus eit filii: sed quis iussit inde sequi, scissē eam penā nō pertinere ad futurū? Et quis sanciuit lacrymas, ieuniū, humicubationes, nō teatra inflictam penam ad cauenda futura peccata? Neque verum, non deprecari fideles, penas sibi impositas, ut caueant in futurum. Et cur absurdus, optare alio aliquo faciliori modo erudit: quā aliis aliquibus penis leuioribus satisfacere? Imo, qui ipsa penitēcia, ipsi⁹ precibus, contestatur se emendatum, cur non opter auerti duras illas correctiones? Cur non cadat in virum iustum, quod in ipsum Filium Dei, qui precatus est, ut a se transiret calix ille? Non enim exsuerunt iusti humanā naturam, quae horret virgas flagra, fustes, quantumvis ad emendationem.

XXIV. Quanquam Davidi peculiařis causa erat, mors ipsa filii: nám, ut sui curam nullam haberet, daret necne penas: tamen ipsam filii, mortem tenebatur deprecari: & reuera deprecatum se testatus est: Deprecatusque est David Dominum pro parvulo: non pro se. Et post, Propter infante dum adhuc viuebat, ieuniavi, & flesi: dicebam enim, si forte donet eum mihi Dominus, & viuat in fans. Nec forte nullius est momenti, quod non legitur, deprecatus alteram partem penarum, rebellionem Absalom.

XXV. Sed morte, quis, inquit, dicat, puniri homines, ut deinceps causas viuant? At mortem ipsam sēpius infligi in penam peccati, etiam post culpam remissam, inulta sunt Scripturæ testimonia.

XXVI. At nemo dixit. Non sequitur tñ, mortem esse proprię penatōrum: nam, ne ii quidē non moriuntur, quibus remissam penā, itidem ut culpam, negare nō possunt, ipsi curiosissimi, gratiæ diuinæ dimidiatores. Nec solam emendationem docuit Augustinus finem esse castigationum. Sed præterea, tum exercitationem necessaria patientia, tum demonstratiōnē debitæ miteriæ. Vterque autē hic finis potentissime exseritur in morte: nusquam n. magis necessaria patientia cōstantia: nusquam aperior humanæ vite: misteria: nimis, quia ab suis initiis, quae peccato debet accepta, trāsferit in oēs, adeo ut iam euaserit altera natura, ideoq; postrema abolenda.

XXVII. Quid potestne ea proprie esse penam, quo medio eripimur peccato? Sapientia 4. celebris sententia est, Raptus est, nimirum iuitur, ne maliitia misaret intellectum eius, aut ne fictio deciperet animam illius. Ad que verba, Lorinus, Sexto sequitur, magni fieri iustum Deo, & mortem iusto beneficiū esse, tum ne peccet, tum ne interficit peccatis, vel etiā damnis tēpor alibus suorum. Quomodo Paul⁹, ad Ro. 7. Quis criplet me ex hoc corpore mortis, adde: at quibus

quibus remissa sunt peccata, iij iusti sunt: & conclude; ergo iis, quibus remissa sunt peccata, mors est beneficium: At nullum beneficium est pœna proprie. Ergo iis quibus remissa sunt peccata, mors non est proprie pœna. Addit autor Sapientia paulo post, *Placita enim erat Deo anima illius: propter hoc properauit educere illum de medio iniuitatum. Et neget quis, mortem inferri ad vitanda futura peccata?*

X X V I I I. Rursus: potestne ea proprie esse pœna, per quam, non tantum eripimur peccato, sed etiam inducimur in vitam æternam? Idem autor Sapientia, *Influs, si morte praoccupatus fuerit, in refrigerio erit. Lorinus, Nunc de morte iustorum: hos licet mors antevertat prater opportunum tempus, nihilominus pacatam, ac tranquillam futuram, & ab ea max sequitur am vita melioris quietem. Fidelibus ergo mors, eti non sit cautio aduersus futurum peccatum, tamen est transitus ad plenam liberationem à peccato; nullo felicet præstantiori beneficio. Ererit proprie pœna? Ne communis quidem sensus patiatur.*

X X I X. Tappero instantia est. Hæc duo genera, inquit, iudicij, fine & animo castigantis, & affligerentis distinctæ: neutrum tamè iudicij, pœna, aut vindictæ tollit rationem. Nec agitur hic ad quem finem, quo affectu, filios Deus castiget, ac puniat: sed, an peccator in gratiam receptus, maneat quandoque temporali poena obnoxius, eiusque ferenda ob admixtū peccatum reus, ac dignus; propter quod & hæc Deo affligitur. In præsenti tractatione non multum refert intelligere, quos sum pertineant. Dei castigationes, quibus in nostra peccata animaduertit, & quantum differant ab exemplis, quibus impios, & reprobos, quos pro iisdem habet, cum indignatione perseguuntur. Caput enim huius disputationis in eo consistit, an Deus in hoc seculo peccata puniat.

X X X. Fine, & animo castigantis distinctæ. Tantumne? & non etiam effecto? Imo effecto: alioquin ne fine quidem castigantis. Nam hic finis non nisi effectum. Et frustratur fine suo causa, quum effectum non respondeat. Tum tu proprio pœnas dicas, quæ & fine castigantis, & effecto differunt? Monstrum iudicij Nega ergo, quicquam interesse inter crucem Petri, & latronis cuiusque; quum materia sit eadem. Nega, differre vincula medici, & carnicis. Nega, vnum discrimen esse inter Baptismum Ecclesiæ, & clauera promiscua. Odiosam pertinaciam! Nam ipsi Papistæ, quoties liber, huc refugiant, ut sua excusent peccata aduersum Christianitatē. Ciborium vsum prohibent: prohibebant olim ii, quorum diabolicam doctirinam reprehendit. Censem posse mutari hac tam graui censura? Minime vero. Alia enim mente, inquiunt, olim Manichæi: alias nunc Papistæ. Matrimonium improbat Eustathiani, improbat Papistæ. In promptu exceptio. Illi alio fine: hi alio. Imagines adorabant Ethnici: imagines adorant Papistæ. O clamant: Ethnici alio, nos alio animo. Quid omnia percurram? Tantumne vero esse in humana mente virium, vt, mutatis finibus, manente eadem materia, immane discrimen fiat, id est, tantum, quantum est bonum inter & malum: & nullum in diuino consilio momentum? Scilicet, omnes illi distinctiones à suo calculo pendere volent. Nam alias perinde habent. Grande committi peccatum, sexta feria, si carnibus vrate, siue ad sobrietatem, siue ad gulositatem: grande sacrilegium, si muliere sacerdos, siue ad coniugium, siue ad insanam voluptatem. Tam sunt impotenter tyraanni. At, non si illi tyranni, ideo Catholicæ stupidi.

X X I. Quid moror? Vasquesin 3. Thomæ, disp. 156. cap. 3. de pœnalitatibus, *Certum est, inquit, remissio peccato originali, non remitti, neque tolli l'ac malæ: id quod omnes experimus: ea tamen non manere sub ratione pœna: quia sublata culpa originali, nulla dignitas ad illa mala residua esse potest. Nota. Primum, manere, sed non sub ratione pœna. Quid ergo Tappero obstrepebat, vnum esse curandum, vrum maneret? nec interesse, quomodo manent; dum manerent? Deinde, sublata culpa originali, nullam dignitatem esse ad illa mala: Quid obstat, quominus itidem sublata culpa actuali, nullam remanere dicas dignitatem? Gregorius de Valentia ad eandem confudit distincionem, Comment. Tom. 2. disp. 6 q. 17. puncto. 5. Et si per accidens, eo ipso quod pœna sensus ad aliquod tempus exsoluenda supereat, censeri etiam potest, manere aliquid pœna damni, nempe, quatenus illo eodem tempore quo pœna sensus exsolui debet, consequenter oportet interea esse animam priuatam ipsa beatitudine: tamen non intendit Deus per se hac priuatione temporali beatitudinis, punire peccata præterita: sed id proprie, & per se vult facere per illam aliam pœnam temporalem sensus. Atque, idcirco dicebam supra per se quidem remitti simpliciter pœnam damni, hoc ipso, quod culpa mortalis remittitur: non enim amplius perfererat illa priuatione beatitudinis proprie, & per se, sub ratione pœna, sed tantum ex accidenti, & consequenter.*

C A P . VII.

Status controversie, de Satisfactionibus.

IHæc tenus disputatum de primo capite, quod erat in hoc loco, de Remissione propositum: nempe de eius dimidiatione, siue imperfectione. Sequitur nunc alterum, de eius imperfectionis supplemento. Quanquam hoc confessum videti potuerit: nam subducto fundamento, necesse est, parietes teatunque corrue. Neque Papistæ negant, si nullæ reliqua sint pœna post remissam culpm, nihil habere, quod vltius disputerent. Tamen, quia sophismatis adhuc abundant, necessarius & hic labor est, in quo de satisfactionibus disputabitur: sic enim appellarent suum dimidiata remissionis supplementum.

II. Quæ ritur, vrum satisfacere possit quisquam hominum pro suis peccatis. Sed respiciunt peccata, alias Deum, alias homines: itaque, gemina quæstio: vrum satisfaci posse hominibus, an vero Deo. Distinguendi necessitate fecit stupidum Feuardentii ingenium, qui disputationem suam ereditur a posteriori capite; quasi nihil interesset, cui satisfaciendum dicas. Vocet ergo, debitores et ditoribus suis debere satisfacere: & in lege iuber: si quis furatus sit bouem proximi, vt quinque testiuit: & qui ouem, quatuor, Exodii 22. Zacheum. Luca 19. si quem defraudauisset, solutum reddere quadruplum. Bezam ipsum dicere, sine confessione culpa, coram eo facta cuius interest, cum restitutione, & satisfactione erga proximum, pœnitentiam esse fictam & simulatam.

III. Ergo nobis primo omnium protestandum est; nullam nos questionem mouere de satisfactione peccatorum, quatenus reficiuntur ad ho-

mines: esse enim, non tantum iustum, sed etiam non impossibile: quandoquidem hominis ad hominem non tantum proportio est, sed etiam æquitas: adeo ut malefacta benefactis compensari queant. Tum si possit homo homini obligari, posse etiam homini ab homine satisficeri. Tantum dicimus, etiam inter homines posse remissionem vñi esse: ac tum nullam satisfactionem dari: nam, si furi donet rei ablata Dominus, rem ipsam, quæ ablatâ est, nulli restitutione furem obligari.

IV. Nempe ergo disputandum de altera satisfactione, quæ ad homines non spectat: & querendum, non in genere, vrum satisfaciendum sit pro peccatis: sed peculiariter, vrum Deo. Hoc ergo Catholicæ simpliciter negant posse fieri; nulla addita, aut peccatotis, aut peccati exceptione. Ideoque aut desperandam prorsus veniam, si venia nulla absque satisfactione: aut querendam in Christi meritis: arque hanc non ex parte tantum, sed totam, & perfecte vniuersam. Nec dubitant, immane fieri Christo iniuriam, si vilain culpam, vilamve pœnam condonari dicamus propter aliam cauam, quæ cuncte tandem illa sit, prater eius satisfactionem. Id ita expressit Calvinus in Catechismo, postquam remissionem definit. *Hinc sequitur, nos satisfactionibus propriis nequaquam promerer, quam à Domino peccatorum veniam obtinemus. Unus enim Christus pœnam soluendo, satisfactione defunctus est. Quantum ad nos, nihil nobis satisfactionis suscepit, quod Deo afferamus: sed ex mera ciuitate liberalitate, gratuitem hoc beneficium recipimus.*

V. Papistæ contra affirmant: sed variis substratis distinctionibus, vt solent in rebus, & falsis & ipsa falsitate intricatis, solertia sua vires omnes intendere, vt Scripturam torqueant, & non perpicacissim oculis pulcrem iniiciant.

VI. Distincta igitur semel, vt monuimus, in peccato, culpa, pœnaque; satisfactionem etiam distraxerunt, aliam culpæ, aliam pœnae. Et culpæ quidem nullam adferri posse à peccatore Bellarminus agnotit. *Non igitur fieri potest, inquit, vt pro instauranda amicitia cum Deo, homines satisfaciant. Et hoc est, quod Theologi communiter docent. Satisfactionem non offerri Deo, neque exigi ab hominibus pro culpa: gratis enim nos à culpa institutus Deus, gratis amicitiam suam nobis restituit. Vnde conficitur, quicquid Papistæ satisfactionis imaginantur, pertinere duntaxat ad pœnam.*

VII. Quod tamen non videtur omnibus fuisse persuasum. Nam Altenstaig, Satisfactionem, non illam generalem, quam definit redditio voluntariæ æquivalentis alias indebiti: sed aliam restrictionem, quæ distinguunt contra alias partes pœnitentiarum, id est, hanc ipsam quæ de nunc agitur, describit operationem exteriorem laboriosam, seu pœnalem voluntarie assumptam, ad puniendum peccatum commissum a se, & ad placandam diuinam offendam. Quibus in verbis, præter quam quod diuina offensa, non potest significare pœnam debitam peccato: habes vtrumque diserte expressum, & puniendum peccatum, & placandam offendam. Itaque, si in peccato duo sunt, pœna, & culpa: & in satisfactione duo, puniendum peccatum, & placanda offensa: nemo autem dubiter puniendum peccatum referri ad pœnam, necesse est placandam offendam pertinere ad culpam. *Quinetia Bellarminus testatur, Tappero docere, posse hominem satisfacere Deo pro culpa, & pœna æternam. Itaque videtur tum Tappero, tum Altenstaig, imo etiam Scoti, vnde Altenstaig suam definitionem profiteretur habere, persuasum fuisse, hoc quicquid est satisfactionis pertinere etiam ad culpam: quod negat Bellarminus, & secundum Bellarminum Ioannes Dauius. Imo Gregorius de Valentia nonnulli abiit in illorum sententiam, punct. 1. *Hæc compensationatio, inquit, qua satisfactione fit, non tantum habet respectum ad pœnam illam exsoluendam: sed ad nonnullam etiam offendam, & iram Dei, quæ per huiusmodi compensationem auerti debet: arque hinc repetit causam, cur non possit æqualis satisfactionis dari.**

VIII. Nec tantum pœnam distrahit à culpa: sed & pœnam æternam concedunt gratis dimitti, nulla postulata satisfactione. Bunderius artic. 7. *Nunquam vel somniarunt Theologi, pœnas eternas compensari nostris satisfactionibus. Bellarminus, Pœna illa, quæ luenda est post culpe remissionem, est illa ipsa pœna sensus, quam in gehenna pati debuisset peccator, remota solum aeternitate. Tria enim complectuntur pœna gehenna: pœnam damni, pœnam sensus, & utriusque aeternitatem. Ex his autem tribus malis, quæ sunt in gehenna, à primo & tertio liberantur continuo, qui ad amicitiam Dei, & eius gratiam rediunt: solum autem remant malum illud secundum, debitum videlicet pœna sensus, ad tempus luenda.*

IX. Hoc modo definiunt subiectum satisfactionis. Nisi quod Gregorium de Valentia nonnulli audiuimus submurmurantem de pœna æterna æque ac culpa. Sed iam satisfactionem ipsam in genere definit Altenstaig, redditio voluntariæ æquivalentis alias indebiti, Bellarminus autem, actionem, quævis qui alterum levit, tantum facit quantum satis est ad iniuriam compensandam, siue quantum is qui Iesus est, in se exigit. Hoc distans ab Altenstaig, quod hic non actionem dixit simpliciter, siue redditio, sed voluntariam: quod epitheton Bellarminus omisit, necessarium tamè. *Nan dicitur voluntaria inquit Altenstaig, quia si effet exacta violenter, non effet satisfactione, sed satispassio: Et ideo ille, quæ in inferno pœna culpa commissa debita iniuste exigitur, non satisfacit, sed satisfatitur pro suo peccato: Et ideo pœna infernalis, licet sit maxima, peccatum non tollit. Et habet assentientem Almainum.*

X. Sed æquivalens etiam expressit Altenstaig; & putauit non posse abesse: *Dicitur æquivalens, inquit, quia satisfactione ad iustitiam commutativam pertinet, quæ exigit æqualitatem rei ad rem: tamen prout utique sapiens determinabit: sapiens scilicet per essentiam, qui est Deus peccato offensus, & hoc importat nomen satisfactionis. Aduerbiu[m] enim, satis, importat & quam correspondentiam eius quod redditur, ad illud pro quo redditur, siue in beneficio siue in pœnæ. Nec Almainus discrepat. At Bellarminus maluit omissionem: nec putauit absque ratione. Iustitiam enim aliam versari in absolute, & perfecta æqualitate: aliam in imperfecta, quæ ex pacto, aut donatione, vel acceptatione alterius pendet: ideoque satisfactionem, aliquando fieri ad absolute. Et perfectam æqualitatem, ut quum actio contumeliosa inter duos homines æqualiter recompenſatur per altam contrariam, tantum habentem honoris, quantum alia habuerat contumelie. Aliquando autem ad æqualitatem imperfectam: ut quum is qui pertulit iacturam decem millium aureorum, satisficeri sibi patitur cessione omnium bonorum, licet ea bona ad summam totum millium non peruerant. Et ha-*

bet Almainum Bellarminus distinctionis ducem: atque adeo fortean id ipsum voluit Altenstaig, quum expressit sapientis determinationem: quamquam ab irab vnu papistico, quum sapientem declarauit Deum. Non enim Deus est, qui satisfactionum papisticarum determinat quantitatem: sed homo, & is quidem interdum qui poena debet: quasi iubens Deum hoc contentum esse. Quam sapienter, viderint tantæ rei mystæ.

XI. A hac generali notione, quum descendens est ad hanc satisfactionem, qua dicunt Deo satisficeri, tunc Altenstaig definit ex Scoto, ut paulo ante monuimus, *Eft*, inquit, *operatio exterior laboriosa, seu pœnalis, voluntarie assumpta ad puniendum peccatum à se, & ad placandum diuinam offendam. Vol, est passio, aut pœna voluntarie tolerata in ordine ad peccatum, vel peccati remissionem.* Bellarminus non definit, sed apud omnes conuenire testatus est, inter Deum, & hominem non posse esse iustitiam illam perfectam & absolutam, proinde neque satisfactionem.

XII. Hanc satisfactionem distinguit Altenstaig in plenam, & semiplenam. Illa, quando simul fit satisfactione de iniuria, & damno: illam, quæ suppletionem & complementum recipit a passione Christi. Pro nullo peccato, in quo sit auersio a Deo, posse satisfacere purum hominē Deo satisfactione plenaria, siue pro se, siue pro aliis: sed satisfactione semiplena posse pro suo actuali, non pro originali. Christū enim satisfaciens pro omni offensa, omnibus impetrasse gratia, quantum ad sufficientiam: & merito eius satisfactionis, hominē conceperit gratiam, satisfacere postea Deo pro latrone quam intulit ei actuali culpa. Nota: non pro nullo peccato, vniuersaliter: sed pro nullo in quo sit auersio a Deo: nimur mortali.

XIII. Nam pro veniali, dissentiant: Bellarminus nihil distinxit: nihil Salmero: sed Vasques nonnullos indicat dissentire; sibi autem videri, posse pro venialibus satisficeri plenaria illa satisfactione. Eorum, inquit, sententia, quatenus in vniuersum assentunt, hominē iustum pro veniali peccato a se commisso perfekte & condigne ex auxilio gratie Dei posse satisfacere, & ad hoc non indigere alterius, aut Christi satisfactione, iamdui nobis summopere probata, & ab anno 1525 publice è cathedra confirmata. Etne nimis parum dixisse cuiquam videri posset, aut nimis obscure, subiicit. Dico autem perfectam & dignam satisfactionem ad hominem iusto pro suo peccato veniali posse exhiberi, non tantum quæ sufficiens sit ad delendam maculam offensa, & pœna (hanc enim satisfactionem etiam diximus à quoq; homine exhiberi posse per auxilium gratie Dei pro peccato mortali a se commisso, & tamen eam perfectam non esse, quia supponit condonationem, & remissionem aliquam Dei pro debito aliquo peccati) sed etiam dico, talem exhiberi posse, quæ nullam supponat condonationem alicuius debiti: non dico, quæ nullam supponat gratiam: sed, quæ nullam supponat condonationem alicuius debiti peccati venialis. Differt autem nostra opinio à secunda illa sententia, quia ita concedimus homini iusto pro suo peccato veniali condignam & perfectam satisfactionem, vt ea non indigere fauore Dei condonatis peccatum vel aliquid illius, aut acceptantis satisfactionem: sed talis sit, vt ex natura sua delectat maculam, & pœnam peccati venialis. Summa est. Pertutissimum fuisse Vasqui, in peccato mortali posse hominem iustum satisfacere tum pœnam, tum culpam, & quidē condigne, supposita gratia alicuius saltenti condonante, aut certe supponente Christi satisfactionem. Sed in veniali, nihil opus esse illa vel tantilla condonatione, siue pœna æternæ, siue temporalis, non ipius culpi: imo, ne illa quidem acceptione laus actionum, quam alii assignant semiplenis: sed omnino supposito hoc duntaxat, quod homo sit in gratia, tum ameto deinceps Christo, iusloque in utramque aurem dormire, & deliciis suis frui; de suo posse perfecte, condigne omnibus suis venialibus satisfacere hominem iustum, apud Deum, quamvis sua leuerissima iustitia terribilem.

XIV. Præter hæc omnia, quum interrogantur, quæ nam sit huius materia satisfactionis, respondent, opera omnia bona laboriosa, siue pœnalia, dummodo voluntaria. Duobus tamen modis esse voluntaria: alias spontanea, quum proprio cuiusque motu suscipiuntur: alias imposta; putata a confessore, cuius proprium quodammodo ius esse volunt, in administrando Sacramento (sic enim vocant) pœnitentia, vel ab Episcopo.

XV. Eorum operum tria numerant *Horatianum*, Eleemosynam, Orationem, Ieiunium; hæc enim esse carni contraria, & dura: multa autem includere suo ambitu; quæ Klingius exsequitur, & Altenstaig. At Bellarminus perstringit. Ad ieiuniū familiam reduci omnia corporis mactatiua, ordinata ad reprimendum carnis rebellionem, vigilias, peregrinationes, cilia, nuditates, flagellationes, *Carnevinas*: & similia. Ad orationem, quicquid pertinet ad partem contemplatiuam: meditationes, scripturarum lectiones, prædicationes, verbi Dei auditioes, studium Theologicum, disputationes, errantium impugnationes in moribus & fide; & cetera, quæ immediate versantur circa Deum, tanquam obiectum. Ad eleemosynam, opera misericordia corporalis, pro Christo propter Deum impensa, & quæcumque erogationes bonorum temporalium in pias causas, ac subleuationes miseræ corporalis fratrum.

XVI. Ex hac tanta, tam ampla materia, id est tam altis, tam papisticis nugis, Bellarminus elicit quæstiones quatuor disputandas, præter illam, iam confectam, de referatis post remissionem pœnis. Primam: An satisfacere possunt homines expiendo reatu illarum pœnarum, qui interdum remanet post remissionem culpa. Secundam: An opera laboriosa, quibus pœna peccari redimuntur, tum sponte assumenta sunt, tum etiam persacerdotes in Sacramento pœnitentie iniungenda. Tertiam: Quibus potissimum operibus pro reatu pœnae Domino satisfiat. Postremā, Vtrum ista opera sint dicenda proprie satisfactionia, ita ut dicamur vere ac proprie Domino satisfacere.

XVII. At nos, quibus in tam prolixo labore necesse est displicere lacrimas, contrahemus extremas in vnicam: nam nec methodum probamus, quæ ante disputer, quæam questionis terminos explicit: reliquas permittemus otiosis sophistis, qui, positò uno absurdō *eleborat* & *atrorat* necesse sunt peritissimi. Certe si nullæ sint satisfactiones, querere quis earum sit numerus, quæ dispensatio, idem sit, quod morari cum Moto, qui utopie leges scripsit. Quæremus ergo hoc tantum, quod initio propositum: Vtrum quibusdam voluntariis pœnis satisficeri, aut debeat, aut possit, necfariis pœnis, quas Deus alias constituerit sumere de peccato-re, quem, per remissionem culpa, iam admiserit in gratiam.

C A P. VIII.

De pœnitentiae notione.

I. Insaniunt ergo in satisfactionibus: adeo necessariis, inquit Gregorius de Valentia, vt, nisi aliter nobis poena temporalis peccato debita remittatur, non possimus absque iis ingredi post mortem in regnum cœlorum, atque adeo consequi vitam æternam. Argamēta audiamus: nam propositionem magis horremus, quam miramur.

II. Primum est à Pœnitentia. Apud Ezechiel. c. 18. *Conuertimini, & agite pœnitentiam ab omnibus iniquitatibus vestris, & non eris tobis in ruinam iniquitas: facite vobis cor novum, & spiritum novum.* Postea. Patalip. 7. *Si clausero cœlum, & pluia non fluxerit, & mandauero & præcepero locusta, vt deuoret terram, & misero pestilentiam in populum meum: conuersus autem populus meu, super quos inuocatum est nomen meuum, deprecatus me fuerit, & quæsierit faciem meā, & egerit pœnitentiā à viis suis pessimis, & ego exaudiam de cœlo, & propitius ero peccatis eorum & sanabo terram eorum.* Hic Dauentria, *Audis*, quam prudenter Dominus populum suum admoneat, vt postposita peccandi conuertidine, pœnitentia peccatorum, vindicet que eis se acriter. *Auditis*, à conuersis, & Dominum quarentibus pœnitentiam requiri? *Quid vero significat nobis ista pœnitentia, nisi castigationem quandam, qua perpetratorum solutur pœna peccatorum?* Cum enim nemo à peccatis ad Dominum conuersatur, nemo querat faciem Domini, nisi se peccasse pœnitentia illa, quæ peccatoribus suggeritur, punitiō significat peccatorum. Similiter Clichthouæus, Paulus, in *Adi* capite vigesimo, perhibet se testimatum esse Iudeis, atque gentilibus, in Deum pœnitentiam; & fidem in Dominum Iesum Christum. Vbi non solum fidem se dicit annuntiass̄ ī quibus euangelizauerat: sed & pœnitentiam in Deum. Qua est autem in Deum pœnitentia. & salutaris, nisi ea ipsa, quæ per sedulū bonorum operum exercitium student respicenter diluere maculas vita præterita: & prauos conuersationis pristinae mores in meliores conuertere, committareque? Hoc ipsum autem, nonne satisfactione est pœnitentialis? Constat igitur, non esse impias, sed maxime salubres, & rectas satisfactionis leges.

III. Decet veniam lector prolixo descripti nugas. Nam quæ alioquin fides tam absurdō sophismati, si meis tantum verbis recitarem? Nunc securus explicabo partes argumentationis, quæ Rhetorico fuso deridiculum, vt ita dicam, corporis obtegebatur. Pœnitentia est necessaria. At pœnitentia est satisfactionis. Ergo satisfactionis est necessaria. Non erat, quod probandæ maiori locis aggereret Sophistæ. Quorsum enim in rebus dubia cumulati testes? Tam certum est, pœnitentiam necessariam esse: quam certum, non posse infidelem, quandiu infidelis est, dici Christianum. Itaque de maiori sane alta pax esto.

IV. Sed minorem grauis occupavit, vel ludificationis, vel falsitatis gangrena. Prout enim satisfactionis definetur, sic concedetur, vel negabitur, pœnitentia esse Satisfactionis. Enim vero si obtinet Augustinus, siue potius est Gennadius Massiliensis lib. de dogmatib. Ecclesiast. c. 54. *Satisfactionis pœnitentia, est causa peccatorum extidere, nec earum suggestionibus adiutum indulgere.* Si hæc, inquam, obtinet definitio, sane minor negari nequit. Sed quid ad hanc disputationem? Enimvero, qui ab infidelitate ad fidem conuertuntur primum, iij satisfactionis hoc modo: sed eos tamen satisfacere pœnis peccatorum negant Papistæ, qui in baptismo utrumque prolixe condonari firmant, tum culpam, tum pœnam.

V. Repetamus aduersiorum definitionem. Gregorius de Valentia, *Est compensatio pœnae temporalis debita ob iniuriam Deo per peccatum illatum, secundum aliquam equalitatem iustitiae, & cum proposito, saltem virtuali, non peccati in posterum.* En tibi duo necessaria in pœnitentia Papistica: alterum, compensationem pœnae temporalis: alterum propositum non peccandi. Non sufficiunt igitur ad pœnitentiam, imo ad satisfactionem, propositum non peccandi. Itaque si hoc probent, nihil agunt, quia supererit temporalis pœna compensatio: quam notionem ineludi pœnitentiae notione nos quidem negamus constanter.

V I. Multa negandi argumenta: à placitis aduersariorum, à vi nominis, à re ipsa. Omnes aduersarii contendunt, tres esse pœnitentiae partes, Contritionem, Confessionem, & Satisfactionem, hanc de qua nobis disputatione instituta. Ergo, inquam, fallum, Pœnitentiam esse satisfactionem. Nam partes dicunt vel integratas, vel integrantes. Si integratas, vt generis partes sunt species: quid absurdius, quam Pœnitentiam satisfactionem dicere; quasi dicas, Animal esse hominem: Quandam pœnitentiam esse satisfactionem erat dicendum, vt quoddam animal hominem: sed quis mōstrum Syllogismi patienter ferret, ex positio genere, vnam specie concludentis? Non enim maior posuit hanc Pœnitentiam: sed indefinite pœnitentia.

V II. Sin autem partes dicunt integrantes, (& ita dicit Gregorius de Valentia, *integrales, puncto 1. quæst. 7 de pœnitentia, tom. 7 in Thomam*) vt corporis membra, sic quidem purgatur absurditas: neque enim dicat quisquam, corpus esse digitum. Tum autem ipsi testes, post reliquias partes pœnitentie, & esse, & sufficere absque hac satisfactione. Bellarmini verba ex c. 14. de pœnitentia, *Theologi docent eiusmodi esse posse in aliquo pœnitente contritionem, vt per eam peccata omnia quoad culpā, & pœnam plenissime delectantur.* At hoc quū sit, quid opus, quæsto, Satisfactione, quæ nulla, nisi quū non remittitur pœna? Itaque, non potest dici pœnitentia Satisfactione, ne eo quidem sensu, vt omnis pœnitentia habeat satisfactionem. Enimvero, qui Scriptura loci constituent necessariam pœnitentiam, non distinguunt, opinor, quantitatē contritionis, vt iis tantum quibus hæc non est intensissima, dicant necessariam: non item alios. Quo magis absurdum minor est. Denique eos ipos, qui erant baptizandi, Petrus Act. 2. horratur ad pœnitentiam: & tamen hos omnes Papistæ eximunt à lege satisfactionis.

VIII. Viderint Papistæ, quibus modis sua placita concilient. Venio ad vim nominis, de qua Bellarminus controversiam mouet, capite septimo libri primi de pœnitentia, eo quod Sophistis molesti fuerint in huius nominis proprietate, Lutherus, Melanchthon, Calvinus. Nam abusi sunt Papistæ etymo pœnitentie, quæ, ut obseruat Bellarminus, à pœna videtur originēducere. Altenstaig, *Pœnitentia primo modo*, hoc est quatenus virtus est:

nam solent disparate pœnitentiam virtutem , & pœnitentiam Sacra-
mentum secundum Augustinum (nimirum libro de vera , & falsa pœnitentia ;
qui tamen est *videtur quod*) dicitur quasi pœna terrena , & pœnitere , qua-
si pœnam tenere . Quod veriloquium tam alte infedit Sophistarum animis ,
vt pœnitentia apud eos quandoque simpliciter accipiatur pro pœna pec-
cati purgativa , eodem teste Altenstaig . Et , Nostrum vulgus , inquit , Eras-
mus in 3 . Matthæi putat esse pœnitentiam agere , prescripta pœna quapam lue-
re commissa .

I X. Verum, siue ea sit originatio, siue non sit, non dicimus, pœnitentiam nunquam sumi apud ullos bonos autores, pro villa pena consequente: sed pro animi displicentia, opposita priori sententia, propter nouas causas repudiata: in quibus causis esse interdum penas, non negaverimus: sed præcedentes eam pœnitentiam: atque etiam non voluntarias: ut, si placeat à pena nomen deducere, hinc potius ratio petenda sit, quod a penis occasionem habeat. Certe ita vultus Cicero Officiorum 1. Tandiu autem velle debemus quoad te, quantum proficias non pœnitent. Et pro Caelio, Idnunquam acerbeficer Marcus Caelius, ut cum pœnitent non deformem esse natum. In Catone maiore, Num igitur, si ad centesimum vivisset annum, senectutis cum sua pœnitenter: Non Virgilius Ecloga 3. Nec te pœnitent calamo truiisse labellum. Huiusmodi exempla sunt *uvæ via* & *soa*.

X. *Vetus Interpres*, pœnitentia, pœnitendique vocibus interpretatus est varias cum Hebraicas, cum Græcas. *Leuiticius*. *Agite pœnitentiam pro peccato*: cum Hebraice scriptum sit חֲתֹרָה, & confessus fueris. *Ezdræ 10*. Et nunc fit pœnitentia in Israel super hoc: שְׁמַקּוֹדֶשׁ יִשְׂרָאֵל-לְכָתָב. *Constituet eum in tuto*. Sed hi loci, similes aliis multis, in quibus vertendis, vel peritia, vel fides desideratur. Quibus affinis iste 2. *Paralip. 33*. *Et egit pœnitentiam valde coram Deo patrum suorum*, Hebraice, וַיִּכְנַס & afflictus est, siue humiliatus, in editione Græca.

XI. Verum alias, duo sunt Hebreis verba שׁוב ו נִחְמָה, duo item Graeca μετανοεῖν, καὶ μεταμελεῖν: quibus paenitentiam, & paenitere Latinus Interpres opposuit. Septuaginta διαβαταὶ reddiderunt interdum μετανοῶν, interdum μεταμελῶν. Sed τούτων semper ἐπίσημοι, prout genuina significatio est. Hebraici prioris exempla. Exodi decimo tercio, Non eos duxit Dominus per viam terrae Philistiorum, quia vicina est, reputans ne forte paenitere et eum; μεταμελήσῃ. Primi Samuel. 15. Paenitet me, quod constituerim Saul regem, μεταμελήσου. Triumphator in Israele non parcer, & paenitudo non flectetur, μετανοῶσι. Ierem. 4. Et non paenituit me, μετανοῶσι. Posterioris hæc sunt: Ezechielis 18. Si impius egerit paenitentiam ab omnibus peccatis suis, ἐπιστρέψεται. Ierem. 18. Si paenitentiam egerit gens illa: ἐπιστρέψεται. Secundi Paralip. 7. Et egerit paenitentiam à viis suis pessimis: ἐπιστρέψεται.

XII. In Nouo Testamento quinques in vniuersum occurrit τὸ μιλαρέας. Matthæi 21. Postea autem pœnitentia motus, abiit, μιλαρέας. Vos autem nec pœnitentiam habuistis postea, μ. ταχαράθητε. Et 27. Pœnitentia ductus retrulit triginta argenteos, μιλαρέας. Posterior. ad Corinath. 7. Non me pœnitet, et si pœniteret εἰ μιλαρέας, ἐν μιλομέλους. Ad Hebr. 7. Et non pœnitabit eum: καὶ εἰ μιλαρέας. Quibus omnibus locis Syrus interpres reddit per verbum πῶν, quod respondet Hebraeo οὐν. Excepto postremo, ubi est Λαζαρέας mentis est.

XIII. Alias semper est *מִלְאָרָא*, & *מִלְאָרוֹת*, &c in Syra editione semper
חַבֵּב & חַבְבָּת; quæ respondent Hebreis שׁוֹב & תְּשׁוֹבָה quibus significa-
tio est revertendi, conuertendi. Matthæi 3. Pœnitentiam agite: *מִלְאָרָא*—
תְּבוּנָה. Ego quidem baptizo vos in aqua in pœnitentiam eis *מִלְאָרָא*.
כְּתַבְתְּנָא.

XIV. Et quia Latinum idiomā, non ipsius est Spiritus dictantis libros factos, sed hominis interpretantis: unde sequitur iudicandum ex prae-
cedentibus linguis: eam ob causam, qui vocem Latinam vrgent, non pro-
mouent apud nos multum: qui scimus & Infinitis locis sibi nimium quā-
tum indulgere interpretarem: & vt non peccarit ipse, tamen coactum ipsa
propietate linguae, non raro subsidere infra dignitatem τε αὐτογέφων.
Quoties ergo pœnitentiam legimus, vt, quid iis locis significatum volue-
rit Spiritus, assequamur; vocabula præcedentia expendimus. Negamus au-
tem illa siue Hebræa, siue Græca, aut à pœna deduci, aut pœnam villam si-
gnificare, quam, siue ipse à se reposcat, siue ab aliis impositam: persoluat
quisquam: denique habere quicquam commune cum pœna.

XV. *Quin scimus significare potius, voluntatis mutationem: ut quae prius consilia placebant, postmodum repudientur. Verum, cum sit in omni mutatione geminus terminus, unus à quo, alter ad quem, veluti in hac cōtrouersia: à peccatis ad Deum: huius mutationis nomina ita sunt, ut ab altero tantum imponantur: quomodo in motu corporis, et si non possit ab uno discedi, ut non accedatur ad alterum, tamen, discedere, illum invitat duntaxat. Ergo δῆμος μεταπλέσθι, μετανοεῖ, proprio designantur terminum à quo: unde habes Clementem, Stromat. εἰςφέρει τὸν μεταπλέσθιον τὸν εἰς τὸν οὐρανόν, εἰςφέρει τὸν μεταπλέσθιον τὸν εἰς τὴν γῆν. Vtrum corum quae peccauerit penteat eum: an prudentia acquisiuit, in quibus offendit, ἐγκατέλειψεν, id est, deinceps decreuerit: sive nouum decretum fecerit. Aristoteles Eudem. l. c. 8. τὸν μεταπλέσθιον, opponit ei, qui i μεταπλέσθιον, perstat in sententia: ut facile concludas, esse cum qui discedit à sententia. Appianus, Civilium primo r̄th̄ tuū in ēnī μεταπλέσθιον dixit, cum prius inclinantes in sociale bellum, postea Romanorum partibus hæsissent. Sed disertior Libanius Patroclus. Φαίησον τὸν προλαβάνων μεταροτὸν ἀποχειρά. Σὺ δὲ τὴν Βρισιώτας φυλάξτο τονιζόντες, εἰ καὶ προσχεῖπε μεταπλέσθιον τὸν εἰς ὑπόθεσιν αὐτῶν, κακοτε-
νοῦ τὸ περιστρέψθαι, Infortunium respicientia præuenisse consabit. Non enim auisset cum Brisei filia congregati, nisi ipsum subito pœnitentia subiisset, ἐπειδὴ
ius offensus fuisset. Plutarchus Mario, μετανοεῖτο μεταπλέσθιον dicit, pœnitentiam
tentia, καὶ μεταπλέσθιον τὸν εἰδεμένα τετραγωνόν, ἀπομονεῖ. Et sui ipsius
damnationem qui consilium cœpissent impium. Polybius lib. 4. cum descripsisset Dardanios iam ingruentes Macedoniae auditio aduentu Philippi 2/3-
τον τὸν σπατιανόν, exercitum dimisisse, Φιλίππου, inquit, τονδρόν τον
αρχαῖον μεταπλέσθιον, Philippus postquam Dardanios consilium sensit mutasse.*

XVI. At שׁוב refertur ad utrumque: itaque Graece redditur modo ἡστέφει, medio ἡστέριφε. Secundo Paral. 7. יְשׁוּבָה מִדְרֵכֵיכֶם הַדָּעַת, וְיְשׁוּבָה לְאַתְּנִים כְּפָרָשָׁת הַדָּעַת, Et egerit paenitentiam a viis suis peruersis.

Deut. 4. 2, הוה אלהיך ישבח עך, *reuerteris ad Dominum Deum tuum.* Interdum aliter. Iere. 15. 3. *שבבו הארץ אליך,* *conuertentur ipsi ad te.*

XVII. At, pœnitere Latinis designat terminum à quo duntaxat. Vnde Tacitus Annal. 4 Aceronia, inquit, super pedes cubitantis reclinis, pœnitentiam filii, & recipera tam matris gratiam per gaudium memorabat. Ita nunquā legas, Pœnitere ad Deum. Imo, Latinus Interpres, quoties hoc accidit, cogitum phrasu mutare; & conuerteri voce exprimere, id quod alias pœnitentiam agere dixit. Deut. 4. Reuertitur ad Dominum Deum tuum. Fulgentius Epist. 7. utrumque expressit, Homini per pœnitentiam præteriorum malorum ad bona conuerso: manifesto & pœnitentiam a conuersione disparans, & illam gradum ad istam statuens, referensque ad mala.

XVIII. Porro, has nos duas partes existimamus veras, & essentialies esse, eius, quam prominentiam dicimus Christianam. Nam qui audimus de Iuda *Penitentia dultus, utraque nobis, retulit triginta argenteos, absit, ut concedamus ei laudem verae prenitentiae: non quod ferio displicuerit ei peccatum tuum, qui prior est terminus: sed quia non placuit bona vita: imo predolore delatus est in extremam desperationem.* Veram ergo prenitentiam dicimus consistere, tum in dolore concepto ex sensu peccatorum, tum in serio proposito vita in melius commutandae.

XIX. Quia causa nostris plenior visa est apud Hebreos קדשו Syros

XX. Bellarminus, inde importatio quamquam potest compendi.

Bellarminus, hanc libertatem non ferens; Grammaticos dicit potius quam Theologos, qui vocum significaciones ex Etymologia potius dicunt, quam ex communi Scripturæ, & bonorum autorum viu. Hunc autem vium ostendere, tum מִנְחָה tum שׁוֹבֵת tum מִשְׁאָנָה, tum מִשְׁאָנוֹת, tum præcipue pœnitere, externum dolorem, ac pœnam, ex interna conversione profetam, significare.

X X I. Sed illos, quosnam quæso dicit, ex etymologia potius, quam *vñ* Scripturæ, & bonorum autorum significations querere? At quin os con-
gessimus varijs tum Scripturæ, tum bonorum autorum locos, & quidem
lœge diligentius. Imo locos, in quibus nihil de etymologia: sed nuda vñ-
patio vocū, absq; illa grammatione, vno excepto Clemente. Quid? quod
nemo, ne corum quidē, quos nominatim suggestiōnibus putauit, *lēbrarū*
vocū obiecit etymon. Non n. potuit, quū hæ sint voces aliunde non deduc-
tæ. Nimirū, calumniatorib. perinde omnia sunt: & tenuissimus prætextus
sufficit, ut magna crimina amplificando faciant. Sed illi tāti viri fuere, dum
vivuerent, vt, incōpositos Bellarmini clamores facile potuerint cōtemnere.

XXII. Gracarum vocum si displiceret etymologia; quid de iis dicet, qui penitentem dixerunt esse peccatum tenere? Facete, ita me omnes ament Ieiuitate, quod haec tenus mereti non potui. Tam verisimiliter, quam qui olim testamentum testationem mentis: sepulcrum, seorsim à pulcro. Hoc sine non reprehensos: immo laudatos, & in deliciis habitos: illos improbatos, qui & misericordia nostra resuaron originationem existimant dignam notatus? Enim uero à peccata dictum penitentem, non equidem abnuerint: nam à pone, ne verisimile quidem. Sed longe id aliud, quā peccatum tenere. Imo peccatum tenere quid est? Quis Latinus auctor unquam visus pauperrit? Fictum: sine dubio fictum est ab iis quibus persuasum, penitentes a se ipsis peccatas reponserunt exin consequentes: quum oportuerit præcedentes, quia soleant ut plurimum homines in penitentiam deduci, postquam res sunt experti, quid malitiis consueverint fit a prioribus consiliis. Ad quam rationem Scriptura solent Deo ipsi per adgrediendam, quasi ex post facto sententiam mutant, tribuere penitentiam. Genes. 6. Vident Dominus, quod multa malitia hominum esset in terra: paenituit eum, quod hominem fecisset. Primi Samuel. 15. Paenitet me, quod constituerim Saul regem: quia dereliquit me, & verba mea opere non complevit. Et illo ipso loco, ex poster. Paralip. 7. Si clausero cælum, & pluvia non fluxerit, & precepero locustu deuoret terram, & misero pestilentiis in populum meum: conuersus autem populus meus, egerit penitentiam.

XIII. Verutamen, ab ysu tun Scripturarum, tum bonorum aut-
rum, quid speret subsidiu, videamus. Iob vltimo; Ago p̄enitentiam in fau-
la, & cinere. Ioclis 2. Conuertimini ad me in toto corde vestro, in ieiunio, in fle-
tu, & planctu. Matth. 1. & Lucæ 10. Si in Tyro, & Sidone facta essent virtu-
tes, qua facta sunt in te, olim in cilicio, & cinere p̄enitentiam egissent. Ex qui-
bus colligit: verba דָבָר, בְּשָׂר, מִתְּרוֹן, internam simul & externam actio-
nem comprehendere.

X X I V. *Vt ludificatur? Nam, quis negabat internam, & externam actionem?* Erasmus improbat eos qui putarent esse pœnitentiam agere, præscripta pœna quapiam luere commissa. Beza dicebat *pelarœc* significare, post factum sapere, & de errore admissio ita dolere vt corrigas. Hæc excludunt externam actionem? Quasi nulla hæc sit nisi pœna admissa. Quasi, qui ita doler, ut corrigat, nihil nisi intrinsecus agat. Atqui, ut semel audiat: iis nos verbis ita significari scimus internos motus animi, actionum principia; vt, his positis, etiæ externæ operationes consequantur: sed negamus ideo, pœnitere esse idem, quod satisfacere pœnæ peccatorum.

XV. Quid tum enim, si pœnitere, si conuerti dicantur aliqui in ieiuniis, in fletu, in planctu, in cinere, in cilicio? Nam hæc aliquoties exprimi, non negamus. Sed primum, negamus sequi, hæc esse à significacione eorum verborum. Cur non sint enim per accidentis? Matth. 7. *Veniret in vestimentis ouium.* Prior ad Cor. 4. *In virga veniam ad vos, an in caritate?* & spiritu mansuetudinis? Postea. 2. *Iterum in tristitia venirem ad nos.* An das, Bellarmine, vestimenta, virgam, caritatem, Spiritum, tristitiam, comprehendis in significatu veniendi? At non quicquam sanus. *Quia veniri possit in eum modum, & non veniri.* Quid vero fortius in tuis exemplis?

XXVI. Sed quid est, inquis, respicere sedendo in cilicio, & cinere? Magnam vero & arduam qua stionem! At ego facile & secure, tanquam ex ipso. Idem est, quod ci^rcaⁿq^{ue} n^{on} atodo p^{re}ar*o*re*n*. Intellexi? ut expedit, ut rotunde: ut sine ambagibus? Sic sunt omnia nostra, & omnium quis veritas cordi: ~~at eni^m ap^{er}it m^{er}egutur a^t diximus.~~ Quid ergo est, quod turbet? An latinitas? Mirum si tibi sit antiquior illa tua interpretatio, poterit in cilicio, & cinere. Nisi forte docere possis ita olim loquuntos Romanos.

manos. Quod si tibi tuus interpres locupletissimus, autor est, cur non nobis post Erasim, post Bezan nostrum tam leniter sonet, tam Latinum fiat hoc, quam illud? Imo ne apud Græcos quidem ante Matthæum, quisquam audierat, μελανοῖς, εἰς τὸν καθητὸν. Est enim Hebraismus purus, necessario retinendus ab interpretibus: quanquā Beza mollire conatus sit, vertens, Cum sacerdotio & cinere: quod præbuit Lucas Brügensis.

XXVII. Verum, inquit, nemo saccum induit, & in cinere sedet, nisi ante resipuerit. Dominus autem actionem pœnalem significat, quæ tum asseruntur, & exercetur, dum quis inctus, & dolens, in facco & cinere sedet.

XXVIII. Quid tum? Aut quid obstat, quominus qui resipuit, candem pœnalem actionem exercitat, dum in facco & cinere sedet? Aut potestne cuiquam persuaderi, eum qui resipuerit non exercere eam actionem, dum in facco sedet & cinere? Nimirum, præstutu non aduertit Bellarminus, se αὐτούσιας εἰδέναι. Sed ego similiter dico; neminem sedere in facco & cinere, nisi quem iam pœnituerit. Primum enim necesse est pœnitere præcedentium peccatorum; ac tum demum facco indui, & in cinere volutari: quia neminem vñquam vidit quisquam has operationes pœnales (quando ita placet vocare) exercentem, qui nullo sensu afficiatur peccatorum suorum. Adeoque Iesariotes, qui vere ipse de se sumpsit pœnas peccati sui, atq; eas non vñbratiles, vt qui pœnitentiales tragicocomædias ludunt, dicitur prius μεμελανοῖς, pœnitentia ductus; post ἀπόλοντας παραγένος, profectus suspensus se. Itaque, si absurdum est, resipiscere in facco, & cinere: eodem iure absurdum erit, pœnitere in facco, & cinere. Aut, si hoc bonis Iesutis saepe estinventur illud, paulo elegantioribus non durum.

XXIX. Rursus obicit ex 12. post ad Cor. Εἰ μὲν μελανοῖς ἐπὶ τῇ αἰναῖσσοις, καὶ πορφύρᾳ, καὶ δελτίᾳ καὶ ἄνθεται: Non egerunt pœnitentiam super immunditia, & fornicatione, & impudicitia quam gesserunt. Vertit Beza, Resipuerunt. Omnino contra proprietatem Græci Latinique sermonis. Nam nec Latine dicitur, resipiscere super peccatum: & Græce, illud in coniunctum datuio, causam significare solet, ac pro eo ponit, quod est, ob, propter. Si quis autem dicat, pœnitentiam esse agendum ob peccatum commissum, recte dicet: est enim culpa causa pœnae: at resipiscendum ob culpam, non nisi absurde: non enim culpa resipientiae causa habeti potest: cum non ex culpa, sed ex bona aliqua inspiratione resipientia oriatur.

XXX. Ecce vero aures delicatissimas: curiosissimos viros pietatis, elegantiæque. Sed qui in Beza tam fastidiose sordes sermonis auersantur; cur tolerant illud sui interpretis, impudicitiam, quam gesserunt: Nemo enim bene Latinus ita loquutus. Beza, parrarunt. Tertullianus, 15. de pudicitia, admiserunt. Nimirum, Papisticis labris non nisi sua beta sapiunt. Sed ad rem. Non dicitur Latine, resipiscere super peccatum. Ergo tu ostende aliquid non Ecclesiastice Latinitatis, qui dixerit, Pœnitentiam agere super peccatum: Et (vt lepide suum Fabrum Zwinglius ridebat) dabitur tibi caſeſe leporinus. Sed enim ut prius, ſicut exprefſa Græca Pauliphasis, μελανοῖς ἐπὶ τῇ αἰναῖσσοις, excusat apud Latinas aures insolentiam pœnitendi super immunditia, cur non poterit eadem cauſa Beza permittere, ſuum resipiscere super immunditia?

XXXI. Scilicet ergo Bellarmino credam, afferenti, culpam causam esse pœnitentiae, & non esse resipientiae. Atqui, utrumque necesse est eſſe æque aut verum, aut fallum. Nam, si causam sumis pro occasione; omnino ut pœnitentiae, ſic resipientiae cauſa eſt culpa. Non enim aut resipiceret quisquam, aut pœnitentiam ageret; ſi nullam culpam admisſerit. Itaque paulo ante Clemens æque, φ' οἱ ἡμεῖς μελάνεις, & σωτεῖρις ἡλιός εἰπετο. Sin autem causam intelligis efficiētem, vt wideretur, qui resipientia cauſam assignat bonam aliquam inspirationem: tum negamus, pœnitentiae cauſam eſt culpam. Ieremiæ 31. Converte me, & conuertar. Pſal. 80. Deus, conuerte nos. Et ibi Bellarminus, Sine auxilio Dei non possumus ad eum conuerti.

XXXII. At Basilius, homilia de fame & ficitate μελανοῖς appellat extēnam Niniuitarum pœnitentiam. Ita eſt, inquam: ſed promiscue, quod Bellarminus noluit obſeruatum; μελανοῖς & μελανίδαι. Verba ſunt: Νινιὰς τῇ μελανείᾳ τῷ Θεῷ δυσπέπτεις, καὶ πενθεῖτε ἐπὶ τοῖς ἀμαρτητοῖς, ἀμφὶ τὴν θάλασσαν καὶ τὸ χωρὶς Ιωνᾶς ἐξερόντες ἢ τῷ βρύον μελανοῖς τῇ μελανείᾳ τοῦτο: Niniuita pœnitentia Deum honorantes, & lugentes ſuper peccato, qua Ionas, post mare, & Cete inclamauerat, non ſolos infantes ad pœnitentiam admouerunt. Hactenus ille: cui Epiphanius adde in Catharistis: διδωτοὶ γε ἵσταντο, καὶ μέτ' τῷ μελανοῖς τῷ μελανέλαιος: Concedit Ecclesia etiam reditum, & poſt pœnitentiam, illam in baptismo, resipientiam, illam ſcilicet quam pœnitentiam dicunt ſecundam tabulam. Iterum: Τίς γε ἔσταις τὸν ἀπίτητος τὸν μελανοῖς: A ſalute non ariet eos, qui iterum pœnitentiam agunt: imo vero ſalutem apprehendere, & Deum adiuuare eorum bonas operationes, etiam qui à lapsibus perfecte μελανοῖς, εἰς ἀποφύλακας καὶ μελανελόν, pœnitentiam agunt, & conuertuntur, & resipificant. Adde Balaſmonem, qui illud Basilius ex Epift. 2. ad Amphiliolum, ἀπαρτεῖται μελανελόν: τῇ μελανείᾳ & ἔργῳ, Exigendum eſt ab eo, ut pœnitentia facilitatis in invrando, interpretatus eſt, ἀπαρτεῖται μελανοῖς: manifeste pro eodem viſu τῷ μελανείῳ, καὶ τῷ μελανοῖς. Sed quorūm? Non enim ſequitur: ſi eo verbo comprehendantur etiam conuertentia, non ſignificari proprie mutationem confiliū, id eſt, motum internum. Muſto minus ſequitur, quod nos nunc negamus, ſignificare ſatisfactionem.

XXXIII. Aſonius dixit.

Sum Dea, qui facti, non factique exigō pœnas,

Nempe ut pœnitent, ſic Metanœa vocor.

Proprium nomen exprefſit Græcum, quia Latinum non erat. Ergo, non eſt veriſimile, poſuiffe metanœam pro metamelia, ut voluit Beza: maxime cum per licentiam poeticam poruifſeret,

Nempe ut pœnitent Metamelia vocor.

Sicut Virgilius dixit, Italiana prima producta.

XXXIV. Mitto monſtroſam illam licentiam, Grammaticulis exagrandam, quibus notum diſcriben inter medias vocales, breuesque, & elto, inquam; viſu ſit proprio vocabulo: nam & mihi quidem ita videtur, ſalua pace viri, ut crepe: inuidia, maxim. Sed quid Papistarum ſocordiam exigit, qui, quod vident, non vident: quod legunt, negligunt? Dixit Aſonius, exigo pœnas, ut pœnitent: at contra Papistæ, pœnit, id eſt, exigo pœnas. Conſtituunt iſti in pœnis pœnitentiam: at ille ex pœnis deducit

pœnitentiam. Itaque Aſonius à nobis eſt, non eſt à Papistis. Certe ſi huius differat à pœnis, non potest Aſonius idem eſt, dare pœnas, & pœnitere: qui dixit exigi pœnas, ut pœnitent.

XXXV. Laſtantius, inquit, libri ſexti capite vigefimo quarto, eſi μελανοῖς ſcribat reddi poſſe Resipientiam: tamen explicat, per Resipientiam non debere intelligi ſolam mentis mutationem, Resipicit autem, ait, quem errati piget, & ſeipſum caſtagat dementia, & conuincit ad rectius viuendum.

XXXVI. Non ſolam, inquit, mentis mutationem. Quid ergo præterea, aut cur Sophista non repetit, ſuum illud; Externum dolorem, ac pœnam ex interna conuersione profectum? Sed nihil ſimile Laſtantius. Imo, nihil nobis diſſimile, Quem errati piget, ea pars eſt prima, qua abſtrahit a peccato: Et ſi ſum caſtagas dementia, & conuincit ad rectius viuendum, pars altera, qua nouitatem vitæ amplectitur. Illa auerſio eſt à peccatis: hæc, conuerſio ad Deum, id eſt, vterque terminus, à quo, & ad quem. Vbi autem pœna illa ex conuersione veniens?

XXXVII. Nihil obſtar denique, quominus à nobis ſtet vis verborum vſitatorum Spiritui ſancto: quorum nullum eſt, quod ſatisfactionem eam impoſet, quam Papista definiunt: & cuius abſque notione, vix notionem admittunt pœnitentia. Nihil, inquam, obſtar, quominus pœnitentia vera ſit proprie, quod exprimitur Græce per μελανοῖς, non pœna corporis, ſed mutatio ſentientiæ a malo in bonum, quam definitionem leges in quæſtionibꝫ adſcripſit Athanacio, queſt. vltima: Αἴρετο λιγναὶ μελανοῖς, οὐ μελανοῖς τοῦτον δὲ τὸ κακὸν τὸ ἀγαθὸν: Properea dicitur μελανοῖς, quia tranſerit mentem a malo in bonum. Paulus etiam expreſſit, ad Roman. 12. μεταμελανοῖς τὴν αὐταραγῶν τὸν ὑμῶν, tranſormemini per renuationem mentis vestra, ut Beza: ſicut reformamini in nouitate ſenſus vestri, in veteri editione.

XXXVIII. Expensis nominibus, res ſuccedit, quæ me in multam admirationem cogit Papistici ingenii. Nam vide: utroque proposito loco (& addi poterant alii) promittitur venia pœnitentibus. Eſto ſane: nam ne aduersarii quidem tam ſunt impudentes, ut nos fingant negare. Quid ergo: ſum pœnitentiam imperari: quod rursus & nos damus. Sed admonemus, nunc diſputari, non utrum ſit pœnitendum, ſed utrum Deo ſatisficeri poſſit pro pœniſtentis. Hoc in illi legunt iūs locis? illis locis? Minime gentium.

XXXIX. Sed, andis, inquit Dauentria, admoneri populum, ut pœnitentia peccatorum, vindicetque ea acriter. Imo, inquam, illud, pœnitentia peccatorum, diſerte habuit Propheta: ſed illud, vindicetque ea acriter: a ienniū à Propheta, & Papisticum commentum eſt. O ſi ſint coomenta totidem demonstrationes, quanto fortunatior eſſet cauſa Papistica! nam coomentorum fertiliſſimus ei ager. Addit Dauentria: Quid ſignificat nobis iſta pœnitentia, niſi caſtagionem quandam, qua perpetratorum ſoluitur pœna peccatorum. Vobis, inquam, pridem ſeo pœnitentiam ita ſignificare. Sed quid ſi vobis ſignificaret Tragelaphum, aut Sphingem? At vos profeſto non eſtis aut rerum, aut vocabulorum legitimi interpretes. Et qui alia plurima vel dolo malo, vel inperitia crassa peruerſtis, quid adfertis cauſa, quominus in hac cauſa ſitis merito ſucepti? Breuiter, hoc non queritur, quid apud vos pœnitentia; ſed quid in Scripturis ſignificet. Itaque hoc quicquid eſt ratio cinationis, mira eſt principiū petitiō, quæ nihil, quam vos cordatis propinet riendos.

XL. Enimvero, quæ ſunt verba, quibus ea pœnitentia deſcribitur? Agi- te pœnitentiam ab omnibus iniquitatibus vestris. Populus deprecatus me fuereſt, & quærerit ſacramētum meum, & egerit pœnitentiam à vita ſuia pefſam. Atqui hæ phraſes nihil ſonant, præter has duas pœnitentiae partes, quas nos aſſerimur eſſe, vnam, diſplicentiam peccati, alteram, amorem Dei. Tertia ubi eſt? Vbi, inquam, deliteſcit pœna illa voluntaria: pœna arbitria: pœna vicaria? Nam id ingenium eſt ſatisfactionis: eæ papistarum deliciae. Si nula ſignificant Prophetæ verba, cur inducunt, cur intrudunt Papistæ?

XLI. Denique, Baptiſtis ille, eos omnes quos ad Baptiſtum inuſtabat, hortabatur, ut ante omnia pœnitentiam agerent: Match 3. Et Petrus ſimiliter, Actor. 2. Pœnitentiam agite, & baptizetur uniusquisque uſtrum. Et tamen neuter ſatisfactionem imponebat: neuter pœnam uillam iniungebat: neuter, remiſſione peracta, ſuperesse quicquam admonebat, quo dimidiaretur beneficium diuinum.

C A P. IX.

De eleemosynis, & precibus.

I. Scilicet proferunt ex Daniellis quarto, Peccata tua eleemosynis redime. Et Proverb. 16. Misericordia, & veritate redimitur iniquitas. Hichabemus, inquit Bellarminus, vocem redemptionis, quæ equalet voci ſatisfactionis: & ſi absurdum eſt, noſtris operibus ſatisficeri pro peccatis, muſto eſſet absurdius, noſtris operibus redimi peccata. Conſtat autem, inquit Salmoer, quod culpa, per opera gratiam præcedentia, non potest redimi: ſuperely ut de pœniſtentis, quæ etiam remiſſo debentur delicto, intelligatur.

II. Repondeo, in Danielle ita legi Ἐπανακτοῦ. Hæ verba Græce redditā ſunt, καὶ τὸ ἀμελεῖται τὸ μελανοῖς: Exigendum eſt ab eo, ut pœnitentia facililitatis in invrando, interpretatus eſt, ἀπαρτεῖται μελανοῖς: manifeste pro eodem viſu τῷ μελανείῳ, καὶ τῷ μελανοῖς. Sed quorūm? Non enim ſequitur: ſi eo verbo comprehendantur etiam conuertentia, non ſignificari proprie mutationem confiliū, id eſt, motum internum. Muſto minus ſequitur, quod nos nunc negamus, ſignificare ſatisfactionem.

III. Repondeo, in Danielle ita legi Ἐπανακτοῦ. Hæ verba Græce redditā ſunt, καὶ τὸ ἀμελεῖται τὸ μελανοῖς: & hinc perſuafum non paucis, eo ſenſu uſurpatam vocem Hebræam. Verum, ſtupiditatem mirari ſatis non poſſum, eorum qui ſe tam misere patiuntur decipi. Enimvero reuocemus in memoria, quo ſenſu eleemosynis in hoc argumento nominauerint Sophistæ: nempe pro opere extero, & pœnoſo, ita enim ſcholaſ ſunt loquuntur. Atqui ſenſu nullus ſuit Interpretum Septuaginta, qui potius internum animi affectum

affectum denotabant inclinati in humanitatem: uno verbo וְצִדְקַת הָהִידּוֹ, illi, quo nos sensu misericordiam. Deuter. 6. וְצִדְקַת הָהִידּוֹ לְנוּ; Et misericordia erit nobis, Interpretari. Hieronymus vertit etiam, Eritque nostri misericors. Chaldaica paraphrasis נְכֹחַת חַדְשָׁה לְנוּ Fagius reddidit, Primum quoque erit nobis: quod retinuit Arias. Sed constat, non esse primum, nisi longe per ta significazione: Vide Eliam in Meturgennam, & Daniell de Pomis in Dictionario. Itaque Deuter. 24. צִדְקָה לְפָנֵי יְהוָה אֱלֹהֵינוּ וְלְתַהֲהָה : In paraphrasi וְצִדְקַת תְּהִימָה זֶבַח, Idem Fagius reddit, Eritque tibi Iustitia coram Domino Deo tuo. Psal. 24. Accipiat benedictionem à Domino, וְצִדְקַת. Et institutam וְצִדְקַת אֱלֹהָיו, à Deo salutis sue. His locis misericordia ei est, non hominum, sicut & psalmo 103. Faciens misericordias Dominus: Elia 1. וְצִדְקַת אֱלֹהָיו וְצִדְקַת אֱלֹהָיו: Et alias.

I V. At de hominum misericordia, nullum habes locum, isto vno excepto Danielis. Interrogo igitur, cum ~~læp̄t̄~~ apud Græcos motum internum significet, quo inclinentur homines ad miserendum pauperis: quæ ratio cogat istos Sophistas, eleemosynam interpretari opus extérnum: atque id quidem pœnatum? Et nos hærentes tunc Hebraicæ, tunc Græcæ significationi, quo argumento confutabunt? Imo Theodoretum; cuius hæc verba, *His autem inexplicabilem illius crudelitatem declarat, quam in sibi subiectis exercuerat. Vis, inquit, clementia & fructum percipere?* hanc eandem erga eos ostendito, qui unam tecum sortiti sunt naturam.

V. Praterea, ne redimere quidem, non fuit affectatum. Daniel vsus est verbo פרק: cuius propria notio, disiungere, disrumpere, dissoluere, apud Hebraeos, a quibus mutuo sumpererunt Chaldae. Exodi 31. Hebraice, נזמי זהוב בפרקן, Chaldaice פראקנ, Separate, detrahite inaures aureas: Latina Editio, Tollite; Septuaginta, παραλειψετε. Inde secunda significatio, liberandi, saluandi: Psalmo 136. יפץ־בְּנֵי־עַמָּךְ וְאֶת־בְּנֵי־יִשְׂרָאֵל וְאֶת־בְּנֵי־יִצְחָק וְאֶת־בְּנֵי־יִצְחָק וְאֶת־בְּנֵי־יִצְחָק, Et redemit nos ab inimicis nostris. Nimirū, quia frequens est ex antecedente consequens inferri: ipsum in eripiendo, Latini usurparunt. Vnde Legita in Meturgemā בלחן פרק וכונכ לשנא ישועה הצלחה ופדיון מותוגם, Sic omnis significatio salutis, liberationis, redemptionis, veritutur per פרק.

V. Hoc cum ita sit, cur non rectum sit priori sensu usurpari apud Danielē? Aūsus est Iunius, qui, *Peccata tua iniſtia abrumpe*: & praeiuerat Caltinus in Commentariis. Iuuat ipsa phrasis; quæ huius verbi exprimit actuitatem in peccata: quæ non absurdā sit, in abrumpendo: durissima vero, in siue ſalando, ſiue eripiendo. Nam quis ſenſus, falua peccata: eripe peccata? aut quis viuquam ſic locutus? Rechte, ſalua, eripe à peccatis. Seda non eſt Danielis phrasis. Poterant melius Septuaginta: vt 1. Samuel. 19. οὐδὲν τέ ὅπη: Danielis 5. σωθήσουται διόρθωταις φελυστίοις: vel Gen. 27. εὐλόγους τοι Εὐλόγουατέ.

VII. Vidi Bellarminus duram phrasin, redimere peccata: sed sperauit posse molliri, eo, quod in Scripturis nomen peccati, s^ep^ee sumatur pro pœna peccati. Nimurum hoc ille tantum timuit, ne quis inferret, redimi non pœnas, sed ipsam culpam. Sed ridicula euasio est. Primo, ne pœna quidem Hebraice dici possunt redimi, ea voce, quæ occurrit in Daniele: quia scilicet קָרְבָּא, eti salutem significet, tamen nō per modum redemptio-
nis, sed poteratis. Sic Latine, eti dicas, redimere pœnas, non tamen salua-
re pœnas, liberare pœnas, quantumuis redimere, sit saluare, seruare, libera-
re. Itaque vet: simile est, c^optuaginta vfos hoc loco, verbo λυτρωθαι
largo, ut aiunt modo: sicut alias: Psalm 36. ριλατρωθαι τοιημας εν τη ιχθεω,
Et redemit nos ab iniuria nostra: Psalm. 7. μητε λυτρωθη: dum non est
quid redimat. Quibus locis, & idem verbum est Hebraeum: & nulla satisfac-
cio. Secundo, si phrasis esset in vtrumque ambigua, tamen probandum
esset Bellarmino, sumi hoc loco pro pœna, potius quam pro culpa: quod
ille non conatur quidem.

VIII. Præterea aliquoties sumi peccatum pro hostia peccati, iamptidem notum: sed nego vñquam peccata plurali numero similius vsurpari. Dato in oppositum exempla, & vicevit. Denique pro hostia sumi, concedo: at nego vñquam pro pœna peccati. Nam hostia non est pœna peccat, est potius translatio pœnae; id est, condonatio pœnae. Neque contra prodet Bellarmino, aut illud Genes. 43. *Ego peccati reus in te omni tempore*: aut illud Dent. 5. *Reddens iniquitatem patrum in filios*: aut denique i. Regum 1. *Erimus ego & filii mei Salomon peccatores*. Nam quid obstat, quominus primo, secundoque loco proprietas verborum retineatur? In primo, Hebraice est *Peccauero*: nimur, quia spondebat se restituturum patri Benjamini: vt si non restitueret, haberetur reus fidei violatae. At in secundo, abusus est Bellarminus vrbis Latinis Interpretis; vt reddere peccatum, intelligeret reddere pœnas: sed Hebraice est, *Vistans iniquitatem*; id est, puniens: propriæ aures, puto, punitur iniquitas: nisi forte consultissimi iuris intercedant Iesuita. Nam, quid esset punire pœnas peccati? In tertio, Erimus peccatores, id est, tanquam peccatores: ita tractabimur, quasi essemus peccatores, qui tamen non sumus. Atqui, aut absurdula loquutio est, aut peccatores oportet pro culpa sumi, non pro pœna: nam, qui pœnam patitur, non potest dici tanquam pœnam patiens, sed vere pœnam patiens. Denique mens erat Betsabeæ, tractabimur ut peccatores, eis si non simus. At non, dabinus pœnas, quamquam non demus.

IX. Hacenus Daniel. Danieli addunt, ex Proverb, 16. *Misericordia, & veritate redimitur iniquitas*, Sed eadem ferme ratio. Nam primum, misericordiam, & veritatem, quo iure pœnas, quo iure opera pœnosa interpretabuntur? Imo, quo iure opera potius, & quidem externa, (nam haec volunt) quam internum habitum? Certe Ianenius, misericordiam, & veritatem, explicans, *Qua duo, inquit, saepe in Scripturis coniuncta, obseruationem omnium mandatorum Dei includunt*. Atqui, obseruationem mandatorum Dei, quis audiuit in pecunis numerari?

X. Præterea, ἥδι non significat redimere, sed propitiari: nam redime-
re, actio est eius qui peccauit: at ἥδι actio eius qui expiat. Non ergo sa-
isfactionem: nam, qui propitiari, idem non satisfacit. Itaque, id verbi
propriæ ad culpam pertinet; ut Latinis propitiari: imo & purgare, quo ta-
nen ineptissime usi sunt Papistæ ad exsolutionem pœnæ. Quin verbo He-
breo hæc secundaria significatio est, à primaria, quæ operire, tegere. Atqui
profecto pœnæ nulla proprietate dici possunt operiri, tegive, si exigantur.
Itaque de iniustitate, sive peccato dicitur. Psal. 55. *Impietatis nostris tu
propitiaberis.* Genebrardus. *Impietates nostras tu ex iubis, &c. remittere.* Et qui-

dem, seorsim nominata pœna: Psal. 78. Et propitius fiet peccatis eorum, & non disperderet eos.

XI. Castro addit, ex Luc. ii. Eleemosynam satisfacere pro peccato, testatur ipse veritatis magister, qui postquam reprehenderat Pharisaeos de rapina, & iniuritate, dixit illis, *Quod si pereft, date eleemosynam, & ecce omnia munda sunt vobis.* Et constat, loqui de satisfactione pro pena, & non de reatu culpe: nam alioqui existenti in peccato, sola eleemosyna non faciet, ut omnia sint munda.

XII. Sed ne omnes quidem Papista consentiebant. Primum iij, qui ironicum sermonem esse induxerunt in animum. Caietanus, Aduerte hic Graciam dictionem, datis, anticipitem esse ad indicatiuum, & imperatiuum, ad date, vel datis. Contextus ipse apud me sonat indicatiuum Complet enim Iesu perueritatem Pharisaeam, circa curam munditia, his verbis, quibus significat, quod vos Pharisei pleni malignitate, & rapina, datis qua adjunt per fas & nefas eleemosynam: & hoc adiuncto ad exteriorem munditiam, omnia tam intus, quam exira, munda sunt vobis; hoc est, apud vos, non munda in veritate: At si legatur date, ad eundem sensum reducendus est textus: & est increpatine, & ironice dictum. Sa, Quidam ironice dictum putant, quasi dicat, nec vero sufficit, ut putatis, dare eleemosynam, ut omnino mundi efficiamini. Quia mibi sententia non displicet: quomodo enim isti sola eleemosyna mundantur? Crediderim ego istam sententiam solitam ab iis usurpari, quam Christus irrideat. Veruntamen horum leuior est authoritas: ut paucorum, & contra totius antiquitatis consensum: nimiumque audacter mutantium ~~litteram~~ in ~~ridere~~. Quo exemplo? Tum autem Syrus' *הברות* date id.

XIII. Alii censent agi, non de pœna externa, sed munditia interna; atque adeo de culpa: Ianuenius, Concordia cap. 84. Consilium simile est cum illo Danielis, quo Propheta docuit Nabucodonosorem modum impetranda reconciliationis diuinae. Et post, Sensus est, ut interiora vestra per rapinam, & iniustiam coquinata, mundentur, date ex his, quæ in vestra sunt potestate, elemosynam, ut qui aliena iniuste accepistis, iam econtra largiamini vestra aliis: sicque fiet, ut mundato animo, omnia etiam exteriora munda sint vobis coram Deo. Sicut eum coquinatis corde nihil est mundum apud Deum, ita mundus corde nihil est apud Deum immundum. Tolerus, Sensus, & connexio sunt hæc: Vos lauatis tantum quod deforis est: quod vero intus est plenum est rapina, & iniquitate: iccirco non estis mundi: veruntamen loco rapinarum, & iniquitatum, ex his quæ habetis, date elemosynam, & tunc omnia munda erunt: totique mundi eritis, corpore, & anima: corpore quidem lotionibus vestris, anima vero elemosynis. Barradas tom.3.lib.2.c.22. Mundandum animum docuit Dominus: quoniam modo mundari possit, nunc docet: mundari autem posse est elemosyna. Estis, inquit, pleni rapina, & iniquitate, scelerumque immunditia contaminati: veruntamen remedium, quo animum expurgetis, offero, nempe elemosynam: ea enim omnia munda efficit. Hæc illi: quibus in animo fusse culparum non pœnam, argumenta sunt: primum, quod Ianuenius meminit reconciliationis obtinendæ: quam præcedere omnem satisfactionem docent omnes: deinde, quod purgationem opponant immunditiae animi: atque ei quidem quæ est ab rapina, & iniustitia; quæ profecto non pœnas sunt, sed culpas.

XIV. Nec absurdia est interpretatio : tantum distinguenda gemina purgatio animæ. Altera respiciens peccatorum præteritorum reatum : nimirum, cum condonantur admissa. Altera, quæ peccatorum futurorum cautelam : sive inhaerentis prauitatis auertruncationem : ut qui fieri abatur, non amplius furetur, ad Ephes. 4. Ad illam purgationem Elecmolyna non pertinet : sed ad hanc, dum nimirum inducit habitum oppositum priori. Erita exposuit Theophylactus ; ἐός μοι πᾶς τὸ δύο πατέρων αὐτῶν θεοποιεῖν φέροντες λέγει, Εἰ τὸν ἀποτύπων, Αγάπη τοῦτο δέ τὸν ἀπειμοσίουν ὃ γένεται, αλλὰ τὸν οὐκ ἀποτύπων τὸ δύο εἰπειμόρφως ἢ φθονος τὸ ἀπειμόρφως ἵστα τοιούς σύντονες πατέρας αὐτοῖς, οἵτις φιλομάκχος τούτοις εἰπειμόρφως τὸ ἀπειμοσίων, ητις περὶ τὸν τοῦ θεοτοκοῦ ἄγαντος. ἀγάπετος ἡ παρούσα ποὺ πενελένη καὶ Φιόντος. Vide, quomodo gemina affectui eorum medeatior : inuidia scilicet, & rapina, proposita elecmolyna. Nam qui miseretur, vere non rapiet ea quæ sunt eius in quem misericordia mouetur : neque inuidiebit ei. Quum igitur duos illis affectus opprobriasset, utrumque amouet pharmaco elecmolyna, que prima ianua est diuina caritatis : quæ quum adeat, ubi auaritia erit, & inuidia? Obscura duo. Vnum, nusquam describi pecuniarum satisfactionem, quam nunc solam urgunt Papistæ : sed tantum amotionem affectuum prauorum, per inductionem oppositæ caritatis. Alterum, τὸν ἀπειμοσίου intelligi; non quod Papistæ volunt opus externum, & detrimentosum : sed potius virutem, id est, habitum internum. Atqui neque τὰ πάσα, significant pecunias temporales : sed ipsa vitia inhaerentia : neque interior habitus externam satisfactionem. Adeo omni ex parte ridiculi sunt in argumentando Papistæ.

XV. Nos tamen paulo aliter locum interpretamur: nimirum, hæc verba, *Et omnia vobis erunt munda*; referentes non ad ipsius hominis siue internam, siue externam puritatem: sed ad usum rerum externarum: ut eadem sit doctrina, quam Paulus proponit primo ad Titum, *Omnia pura puris*; quum ageret de cibis usurpandis. Et prior ad Corinth. 7. *Marius infidelis sanctificatus est in uxore*. Quod si hi loci non pertinent ad satisfactiones, profecto ne ille quidem.

XVI. Eleemosynis subiungo orationem: nam & hanc volunt propœcna esse. Sperauitque se probaturum Alphonsus de Castro ex Ecclesiasticis 21. De oratione, inquit, quod pro peccato satisficiat, restatur Sapientis, quum ait, *Fili, peccasti? ne adiicias iterum, & de prateritis deprecare, ut dimittantur tibi.* Attendat hic Lutherus, & videat, non esse satis ad veram penitentiam, vita innouationem. Nam postquam sapiens præceperat viæ emendationem, dicens, *ne adiicias iterum:* tanquam haec non satis esset, addidit, *& de prateritis deprecare ut dimittantur tibi.*

XVII. Euge. Necesse est inquit, de præteritis peccatis deprecari. Imo etiam de futuris, inquam. Illusitne enim Dominus orare, ne inducamur in tentationem? Et quis, oro, negauerat? Nisi forte tam sunt acuti, ut quia necesse sit deprecari, ideo deprecatio sit satisfactio. Quod si datur, cur non detur satisfactio futurorum? Nimirum longe aliud est nugari, aliud argumentari. Sed quid nugas aico, qui stupiditatem accusare debeo? Debet deprecari, ut dimittantur: hoc est, debent satisfacere. Atqui ego contra dixerim. Ergo non habent satisfacere. Nam cur precer remitti, si patatus sim satisfacere? Præterea, ipsas preces, quibus remissio postulatur,

pro satisfactione ipsa nominare, primo est contra sensum communem: secundo, contra Papistarum somnia; qui penas dicunt post remissionem: itaque satisfaciunt nunquam, nisi remitto peccato. Adeo nec veritati, nec sibi somniatores consentiunt.

XVIII. Sed Salmero: quia homo sine gratia addit peccatum peccato, quem ait, ne adiicias iterum, gratiam ponit in eo: & tamen adhuc vult orare ut remittantur: quod præterquam ad penam, fieri non contingit.

XIX. Gratiam ponit in eo: primum, nihil est necesse: nam, quis nescit posse omnes homines etiam reprobos admoneri; ne adiiciat peccata peccatis? Aut qui vir erat, quafso Nabucodonosor? In iis in quibus iam gratia est? & tamen iubetur interrumpere peccata per iustitiam. Qui rursus, ad quos, Psalm. 4, dicitur, Irascimini, & nolite peccare? Nonne, qui paulo ante graues corde? An ergo in iis iam gratia?

X. Et tamen demus, iam inesse gratiam: ergo, inquit, quia iubentur orare, ut sibi remittantur peccata, non potest intelligi nisi de pena. Nuge. Non enim hoc queritur: sed, utrum iubeatur satisfacere. Intelligatur sane orare pro remissione penae: sed ego infero, igitur non iubeti satisfacere. Longe enim aliud est, satisfacere penam, aliud, condonari penam. Probatur: quia oratur pro condonatione penae æternæ: non pro satisfactione. Quanquam cur non etiam id de culpa? Nam ipsi Papistæ volunt neminem, quantumvis in gratia, certum esse de remissione culpæ. Si incertus sis, cur non precibus postules? Ad hæc, quis risum teneat, qui audiat in argumentum satisfactionis retentiarum penarum, proferri preces pro remissione peccati? Quid tu postules remitti penam, quam afferas retineri? Remitti, inquam, cui te satisfacere oporteat? Scilicet mirum sit, si sibi somniatores non repugnant.

XI. Mittamus somnia. Nos asserimus, etiam post gratiam postulari a fidelibus, imo flagitari veniam, id est remissionem tum culpæ, tum penæ. Sic enim Davidem, post auditum à Natane consolationem, tamen exclamasse, Psalm. 51. Misericordia mea: dele iniuriam meam: lava me ab iniuriae mea, & à peccato meo munda me. Ita sapientia: at satisfactionis sua nullius unquam, ne verbulo quidem meminit. Curnon a que omnes fideles?

C A P. X.

De fructibus dignis pœnitentia. Deque vindicta.

I. Illud Baptista, ex Matthæi 3. & Lucæ 3, Facite ergo fructum dignum pœnitentia: tam solenne est, ut a nemine putem omnium. Cui simile illud, Acto. 26. Annunciam ut pœnitentiam agerent, & cōuerterentur ad Deum, digna pœnitentia opera facientes. Fructus pœnitentia, inquit Panigarolla, quidnam quæsio sunt, aut quid esse possunt, nisi satisfactionis opera? Tam confidenter, ac si neminem unquam contradictrum sciret. Hi ergo tantum non deterant, fructus dignos pœnitentia, ut vertit Latinus Interpres barbare, esse illud ipsum quod pœnitentiarum satisfactionis nomine insinuant.

II. At nos censemus potius esse omne genus bona opera, quibus incombunt debent, qui profitentur veram pœnitentiam: nimur, ut ne sufficere existimant unam illam partem, quæ versatur in detestanda vita præterita; nisi addatur altera, quæ exhibet mutationem vitæ in melius. Vel potius, ut ne qui horro concutiuntur iudicii diuini, ita seipso decipiunt, ut credant, solam externam professionem satis esse, tanquam in arbore folia: sed foliis addant fructus veros à solida sanctitate vitæ. Breuiter: fructus pœnitentia esse, non opera pœnosa; sed opera bona, perpetuamque ac constantem iustitiae professionem, legitimis bonisque operibus testam. Quantum porro scelus Theologorum, qui iustitiae professionem, non nisi pœnosam esse velint?

III. Testes habemus: Basilium, in Breuioribus, regula 287. τις εἰσειδεῖ τὸ μῆλον τοῦ θεοῦ; Τὰ δὲ τίνει πράτη ἡ μηλεγία τοῦ θεοῦ καὶ τὸ μῆλον τοῦ θεοῦ τὸ φειδές, ποιῶν τὸ εἰπόμενον, τὸ πατρὶ τοῦ φειδέος οὐκέτις: Qui sunt fructus digni pœnitentia? Opera iustitiae peccato contraria: quos fructificare tenetur pœnitens, id faciens quod dicitur est. In omni opere bono fructificare. Théophylactum, εργα πλεύει; οὐδὲ δεῖ μόνον φειδέον τὸ μῆλον, οὐδὲ τὴν μηλεγίαν τοῦ θεοῦ, οὐδὲ τὸ φειδέον, οὐδὲ τὸ μῆλον, οὐδὲ τὸ φειδέον: Vides quid dicat? Oportere non solum fugere nequitiam: sed etiam fructus virtutis facere. Declina, inquit, ille, à malo, & fac bonum. Quæ verba etiam Euthymii sunt. Franciscum Lucam, Eiusmodi fructus sunt, mores correbi, & ea opera omnia quæ ab animo vere pœnitentia proficiuntur: ita fere D. Chrysostomus. Maldonatum, solenne est, nihil omittere, quod quoquo modo possit infletere in superstitionem: tamen is, hoc loco, Fructus pœnitentia dignos appellat omnia externa signa, ex quibus vera animi pœnitentia cognosci potest: quales sunt lacryma, præteriorum peccatorum detrahatio, bona opera præcedentibus contraria. Quis putaret à Iesuita, & hoc Iesuita, tam luculentum prætermisum locum, si tam luculentus locus esset in rem satisfactionis. Imo, ne Stapletonus quidem, nihil Maldonato aut audacia cedens, aut Sophistica inferior, nullum hoc loco antidotum ausus est opponere Calvino, Bezae.

IV. Toletus explicat fuisse, Fructus digni, & condecentes pœnitentia, sunt bona opera, & studium virtutis, quæ sunt contraria peccatis, quorum hominem pœnitit: qui enim dolet aliquid fecisse, consequenter facit contraria priori factio. Nec supponit Ioannes, illos tam pœnituisse peccatorum: si enim pœnitissent, veniam obtinuerint, nec essent genimina vipeparum. Sed simul ad utrumque exhortatur, ut & pœnitentiam, & opera pœnitentia faciant: necesse enim est. & à malo recedere, & virtuti ac bonis operibus incombere. Ad Romanos decimo tertio: Abiiciamus opera tenebrarum, & induamus arma lucis.

V. Et confirmatur ex circumstantiis. Primo, Ioannes apud eos concionabatur, qui venirent ad Baptismum suum. Testis Matthæus, Quum vidisset multos ex Sadduceis, & Pharisæis, venientes ad Baptismum suum. Lucas, Dicebat ergo turbaverenti ut baptizaretur ab ipso. At idem omnibus, qui a se baptizabantur, prædicabat pœnitentiam, Prædicans in deserto Iudas, dicens, Pœnitentia agite: appropinquauit enim regnum caelorum. Ergo Baptista mens erat, agere fructus dignos ea pœnitentia, qnam professi estis in Baptismo. Atqui, testibus ipsis Papistis, nihil ad hanc pœnitentiam satisfactiones. Ergo satisfactionum memini Baptistes. εἰσιν δέ τις, οὐδὲ γενναῖοι.

Tom. III.

VI. Præterea, Iam vero securis ad radicem arboris posita est. Omnis igitur arbor, non ferens fructum bonum, excidiatur, & in ignem abiicitur. Vbi, ratione alia, inquit Salmero, tom. 4, tract. 5. ad fructus digni pœnitentie adhortatur Pharisæos, ac Sadduceos. Itaque fructus non alios nominat, quam quos prius. Ergo, inquam, non satisfactorios: non opera illa pœnosa, quæ superunt post culpas remissionem. Queris rationem consequentia? Arqui in manifesto est. Nam, qui non facit fructus dignos pœnitentia, excidatur, & in ignem abiicitur. Atqui, si Papistis fides, opera hæc pœnosa qui implet, non tamen excidit. Nimurum, quia culpa condonata est, condonata est pœna æterna. Non excidunt autem, quibus hoc utrumque concessum: Tum autem exciditur (inquit Fræncus Lucas) dum è terra per mortem, sine omni salutis reparacionisque spe, tollitur. Et post, Mox à morte in ignem abiicitur gehenna, eum quem mox vocat inextinguibilem: ut solet extirpare steriles arbor in ignem intici, nulli alii apta usus, quam ut sit ignis nutrimentum. Ianzenius, Per securum non truncum aut ramis appositam, sed radici, tropice significatur immensus excidium & vindicta Dei, qui funditus sit perdendus quisquis in bonis operibus steriles fuerit. Post, Cum subiicit, Et in ignem mittitur, loquens ipsum de igne infernali satis ex eo constat, quod postea dicit, paleas comburendas igne inextinguibili. Toletus, In ignem gehenna mittetur, que omniū est pœna horribilissima. Stella in Lucam, In ignem infernalem in iudicio hoc particulari anima eius mittetur, in iudicio vero uniuersali, anima simili & corpus. Et etsi Theophylactus sis τοῦ θεοῦ φίλος, τοῦ θεοῦ φίλος. Cum tamen paratus sit, non satisfactoribus pœnis illis temporalibus, ignis non ille gehennæ, sed alter purgatorii, nisi Papistis fides nulla.

VII. Rursus dixit Ioannes, τὰς δέρδον μὴ ποιεῖν καρπῶν καλῶν. Omnis arbor non ferens fructum bonum: τὸν οὐαὶ, inquit Théophylactus, μὴ ποιεῖν, αὐτὰ μὴ τούς διαφορεῖς ποιεῖς: Non dixit qua non fecerit: sed, qua non facit. Semper enim oportet fructum ferre. Lucas Brugensis. Non dixit, qua non fecit: non enim fecisse sufficit; continue, perseueranterq; operandum est. Ferus similiter, Non dixit, qua non fecit, sed, non faciens: semper enim oportet fructum ferre: nihil Deus in vinea sua infructuosum esse vult: in cuius signum sic non habent fructum maledixit. Ergo, inquam, hi fructus non sunt opera satisfactionis: nam hæc non sunt continue, perseueranterq; operanda: sufficiunt enim per interualla: nisi forte imponant suis Papistæ, quibus & preces ad certum rediguntur numerum, & ieunia in certos dies. Imo, ipsa pœnitentia interdum semel in anno. Itaque vulgo dicuntur impleri. Salmero, tract. 5. tom. 4. Neque vero quisquam sibi blandiatur, quod pœna à Sacerdote confessario iniunctam implenerit. Atqui, quod semper, quod continue, quod perseueranter faciendum, quando impletum dici poterit?

VIII. Quid plura? Stella in Lucam, Omnis arbor non faciens fructum bonum: hoc est, omnis homo adulterus, & rationis compos, qui non seruat precepta, & mandata Dei. Vnde sequitur, fructus istos non esse opera pœnosa. Hæc enim non sunt præcepta & mandata Dei. Nam pœna sunt arbitria, teste Salmerone in hunc locum, id est, tract. 5. to. 4. At præcepta non arbitria.

IX. Denique, ne illud quidem omiserim, quod non fructus dicat: sed fructus dignos: Gorranus, Id est, pœnitentiam fructiferam, & condignam facere. Fructiferam, ut informet caritas: Dignam, ut mensuet aequitas: quia secundum qualitatem, & quantitatem delicti debet fieri. Apocalypsis decimo octavo: Quantum glorificauit se, & in delicia fuit, tantum dato illi tormentum. Quod & Lyranus annotauit. Atqui, satisfactiones hæc pœnitentiarum non sunt ita dignæ. Nam Salmero tract. illo 5. Sacerdotes de more leues satisfactiones imponunt. Quis ego non vider, alienum esse à Ioannis instituto hoc quicquid est iocularis satisfactionis?

X. Audiamus tamen in oppositam partem disputantes. Gregorius de Valentia sic habet: describendus est enim: etsi prolixior, quam solidior. Ioannes Baptista absolute hortabatur ad ea opera pœnitentia, quæ possent funditus destruere, & abolere peccatum, atque adeo redimere etiam quacunque pœnam temporalem debitam. Ita enim demum talia opera nominari pœnitentia quidam fructus verissime possunt, si videlicet congruant cum sua quasi radice, & arbore, id est, cum ipsa virtute pœnitentia: ut quemadmodum hæc virtus tota in destruendo, & abolendo funditus peccato versatur: ita etiam illa opera eo conferant, ut penitus peccatum exinanietur, atque adeo tollatur etiam cuiuscunq; pœna temporalis reatus. Quæ profecto consideratio perspicue ostendit, recte illam exhortationem ad satisfactionis opera accommodari, quantumvis frustra sectari, non intelligentes quæ sit vis pœnitentia fructuum, relinquentur.

XI. Nemo facile hoc exigat ad formam legitimæ argumentationis. Ego non assequor quid illud sit, Absolute hortari. Solet absolute opponi, τοῦ γενετι. Et vero concedo, Ioannem loqui de fructibus pœnitentia, non quibusdam, sed omnibus. Quid tum, autem? An propterea de satisfactionibus, siue pœnitis operibus? Recte: dummodo prius probauerit Iesuita, hæc opera esse fructus pœnitentia: non nos quidem gratis dabimus, nec nisi multa, vehementique persuasi demonstratione: qua ille supersedere existimat facilius. Caute, at non solide.

XII. Hortabatur ad ea opera pœnitentia, quæ possent funditus destruere, & abolere peccatum. Tolerari hoc potest: dum commode intelligatur. Nam peccata tolluntur duobus modis, satisfactione, vel sanatione, ut ita dicam. Sat satisfactione tollit, & pœnam præteriorum: & sic abolit peccatum Christus meritum suis. Sanatio non tam præteritis medetur, quam futuris prouider: non, admissa reparans, sed admittenda prohibens: denique, inducens habitum iustitiae, tollens oppositum. Operibus pœnitentia: concedere possumus has sanandi partes: quatenus scilicet continua, & perseuerantia, formant, siue perficiunt habitum, quo inducto, si perfecte inducatur, oppositum habitum necesse est funditus tolli. Et hoc sensu fatemur Ioannem hortari ad ea opera, quæ possint funditus abolere peccatum: neque enim vili fines poneendi operibus bonis.

XIII. Sed per modum satisfactionis, negamus, vila opera hominū tollere, aut etiā posse tollere vilo modo, ned uī funditus vila peccata. Afferunt aduersarii, sed tantum afferunt: & facilius afferunt quam demonstrant. Certe illa quæ diximus verba fuere Ioannis: Cur sua tam audacter Sophistæ substituunt? Aut cur non probant saltē, suis sensum eundem esse qui illos Ioannis? Enimvero si sola sufficit afferendi vel audacia, vel impudentia: quid si quis afferat, opera hic commendari, quæ possint abolere pœnam æternam? Et certe non magis apta sunt Ioannis verba pœna temporariæ, T t quā

quam æternæ. Peccati autem vis præcipua in pœnis æternis: unde merito conficiat, maximam partem abolendi peccati in eo esse, ut hæc pœna tollatur: quam si opera non possint tollere: certe fallum, esse quædam opera, quæ funditus peccatum tollant.

XIV. Itaque illa, redimere quacunque pœnam temporalem: tollere quicunque pœnam temporali reatum: ridicule addita sunt ex ingenii Papistici consuetudine importuna; quæ, vno verisimili, aut certe ambiguo positio, manifeste absurdum quid cumulat, nec veretur deducere petit principii: scelus etiam impostura habet pro nihilo. Dum proficiant ad imposturam, omnia a que in plano.

XV. Bellarminus: Facere fructum dignum pœnitentia, est operari eo modo, qui decet eum qui pœnitentiam profitetur: at qui pœnitentiam profitetur, quod aliquem laeserit, non solum cessat a laedendo, nec solum cauerit in futurum, ne quid in eum committat; sed etiam damnum resarcit, compensat iniuriam, male facta corrigit, & emendat. Testes autem laudat Gregorium, homil. 20. in Euangelio: Bedam, in Luca 2. & in Psal. 4. Petrum Damiani, serm. 2. de S. Andrea: Christianum Druthmarum in 3. Matthæi: Chrysostomum homil. 10. in Matth. Hesychium lib. 4. in Lexit. c. 14. Pacianum, Epist. 3.

XVI. Concedo, fructum dignum, esse qui deceat profidentem pœnitentiam: unde Beza olim verterat, *Ferit fructus dignos iis qui responderint*. Sed, qui pœnitentiam profitetur, damnum resarcire, compensare iniuriam, nec negari simpliciter, nec potest concedi, non enim perpetuum: sed tum duntaxat, cum id fieri potest: nam alioquin, si res ipso facto abit in impossibile, nihil refareatur. Sic, qui hominem occiderit, quantamcumque pœnitentiam profitetur, nunquam potest mortuum reuocare. Qui virginem violavit, nunquam restituat in integrum. Iam dico, iniuriam esse vel in hominem, vel in Deum. Illam interdum posse resarciri: ac tum pœnitentem satisfactioni obligari: unde illud, Luc. 19. *Si quid cuiquam per calumniam eripui, reddo quadruplum*. Hanc vero nunquam: ideoque non debere, nec posse huius satisfactionem pœnitentiae ullam partem esse. Breuitet; Si furum quis fecerit; nunquam ille profecto veram ager pœnitentiam eius furti, si non restituat id quod abstulit: aut alio quopiam modo iusto, damno illato medecatur. Et esto sane hoc sensu satisfaction pars pœnitentie. Sed quis hic lusus est, quum de satisfactione apud Deum interrogatis, satisfactionem apud homines respondere?

XVII. Secundo, Etiam quum satisfactio non est impossibilis, tamen nego abique ea pœnitentiam nunquam esse. Fieri enim potest, ut id ipsum damnum condonet ab eo cui illatum est, Sic, credibile Philemonem Onesimo ad preces Pauli condonasse quicquid laesus fuerat: ac tum Onesimum non fuisse obligatum ad restituendum. Ast in hoc argumento, quod est præ manibus, manifesta condonatio presupponitur. Itaque ridicule vrgetur satisfactio.

XVIII. Tertio: hæc omnia, damnum sarcire, compensare iniuriam, malefacta corrigerre, nego ullam esse aut pœnam, aut pœnæ satisfactionem. Non esse pœnam, facile probatur; quia præceptum est Nam furtum est detinere iniusta rei alienæ. Itaque qui detinet iniuste, furto se adstringit. Si non restituat detinet iniuste. Qui ergo prohibetur furari: iubetur restituere: sarcire ergo damnum, non est supplicium, sed debitum officium. Itaque fur, lege Mosis damnabatur quadruplo: nempe, quia simulum nulla pœna erat. Eadem ratio, compensata iniuria. Nam malefacta corrigerre, quis dubitauit, vel Ethnicus, in officiis numerare? Quod si pœna non fuit in opera quidem pœnosa: ac preinde non satisfactiones.

XIX. Si sit ea mens eorum testimoniū, nihil opus singulis examinandis immorari. Quanquam si sunt Gregorius, Beda, Petrus Damiani, vt exiguo apud nos loco conferri mereantur. Christiani Druthmati scriptum nullum legi haec tenus. Hesychius dixit, *Hæc opera necessaria habet, qua virtutibus & actionis studio valeant delere peccata*. Sed nec virtutes, actiones, sive studium pœnas villas significant: nec delere peccata, est satisfacere pœnis peccatorum. Est potius habitum malum habitu bono expellere: vt ante dictum, Chrysostomus recurret paulo post in testimonio Patrum, & Pacianus.

XX. Turrianus hos fructus pœnitentie explicat ex Paulo, poster. ad Corinthi, 7. quem locum alii maluerunt argumentum esse separatum. Nobis perinde est. Paulus ita scripsit, *Ecce enim hoc ipsum secundum Deum contristari vos, quantum in vobis operatus solitudinem: sed defensionem: sed indignationem: sed timorem: sed desiderium: sed emulationem: sed vindictam*? Sic enim barbare reddit Vetus Interpres. Vindictam: Vindictam. Nemo non Vindictam ingeminat: & hanc Panigarolla nihil aliud esse posse, nisi pœnam illam, & opera pœna facientia, quæ vel eligit quis sponte, vel a Sacerdote recipit, vt peccatorum temporali faciat.

XXI. Respondeo: negari vindictam ita significare. Nam veteres plerique omnes referunt ad incestum illum, cuius mentio in priore epistola. Chrysostomus: *καὶ τὸ ἕπειται Κατερίνης Θεοφύλακτος οὐβολίνης: Ετενίν υἱοῖς διγνας λέγεις violatas*. Theophylactus, *Sed vindictam, diuina legis respectu: quandoquidem in eius deractione vindictam exercuitis*. Oecumenius: *καὶ τὸ ἕπειται Κατερίνης Θεοφύλακτος οὐβολίνης οἰστεράς, Ετενίν υἱοῖς Dei leges, quas incepsit ille violaret*. Primasius, *Vindictam, non malam veniam: melius est inesse vindicare, quam male indulgere: nam qui malis parcit, perdere bonus cupit*. Sedulius, *Non veniam noxa, sed vindictam salutarem in eum, qui inter vos peccatum commisit*. Nec nulli Papistæ. Caietanus, *Sed vindictam, bonum iustitia exercendo*. Et hæc fuit ultimus effectus erga incestuoso: exercuerunt enim iustitiam vindicatum excommunicando eum. Gagnæus, *Vindictam, in sceleratum*.

XXII. Non refert, inquit Bellarminus: sat enim est, probari ab Apostolo pœnas, quæ vindictæ nomine inueniuntur in pœnitentia. Nimis id quidem pro prætoria autoritate.

XXIII. Quid, malum, in pœnitentia? Atqui pœnitentia non dicitur nisi eius quem penitet: itaque, pœnas, quæ inueniuntur in pœnitentia, oportet in eo inueniri, qui pœnitentiam profitetur: nam huius interest satisfacere, si satisficeri possit. Non igitur vindicta hæc erit satisfactio, quum eam Paulus laudat non in pœnitentia, sed in vlcifcentibus. Præterea Vindicta fuit, ipsa excommunicationis pœna: Atqui excommunicatione, etsi sit pœna, tamen non est eius generis cum iis pœnis quibus nunc satisficeri possunt Papista. Nam hæc supersunt post absolutionem, id est, peccato-

rum remissionem exsoluenda. Quid ergo: estne suis auctor Bellarminus, vt in posterum excommunicationem absolutio præcedat? Ut liber. Verum haec non factum. Et Paulus, quum primis literis excommunicasset, secundis absoluuit deum.

XXIV. Pergit Bellarminus. Quamvis Caluinus multis locis neget, ullam pœnam pro peccatis nostris exigere a nobis, tamen 3. Instit. 3. §. 15. hunc locum Apostoli tractans, ita loquitur, *Postræma est vindicta: quo enim seviores in nos sumus, & acriore censura questionem habemus de peccatis nostris, eo sperare debemus magis propitium, ac misericordem Deum. Et, certe fieri non potest, quin anima, diuini iudicij horrore percussa, partes vltionis, in exigenda de se pœna, occupet*. Quo loco aperte concedit, Apostolum Paulum loqui de pœna, quæ, vindictæ nomine, a pœnitente suscipitur.

XXV. Sed primum, calumnia dissimulari non potest. Nam, Caluinus nunquam negauit, ullam pœnam pro peccatis exigere a nobis: quod constat ex iis que obliterata sunt c. 6. Sed negauit ubique exigere a nobis pœnas satisfactorias, & quidem post remissionem. Hoc, hoc negauit, hoc negare debuit Caluinus. Atque adeo his ipsis verbis a Bellarmino recitatis, ita pœnas dixit, vt tamen non satisfactorias descriperit. Commentariis autem, negat inde sequi: *Neque tamen, inquit, hinc colligendum est, homines vindictam a se exigendo, compensare pœnas, Deo debitas, ut ab eius manu se redimant. Sed ita se res habet. Quum Dei consilium sit, nos castigando securitatem nobis excutere, ut, de ira commonefacti, causeamus nobis in posterum, quum spontaneam vltionem peccator ipse præoccupat, facit, ut tali Dei admonitione iam non sit opus*. Viden, vt, qui concessit pœnas, neget pœnarum satisfactionem? Hoc oportuit Bellarminum attendere; & vel refutare, vel taceare, acquiescentem solutioni.

C A P . XI.

De differentia renouationis per Baptismum, & Pœnitentiam.

I. Almero hæc torquet illud difficultum ex ad Hebr. 6. *Impossibile est, seos, qui semel sunt illuminati, gustauerunt etiam donum cœlestis, & prolapsi sunt, rursus renouari ad pœnitentiam*. Item, 10. *Voluntarie peccantibus nobis post acceptam notitiam veritatis, iam non relinquitur pro peccatis hostia*. Hæc longis ambagibus circumducit, donec eo recidat, quod sibi proposuit.

II. Perstringam, quod ille latius exsequitur; nec sic quidem futurus breuis, adeo ille verba multiplicauit. Quum non possumus, inquit, neque debeamus cum Nouatianis sentire, negari veniam lapis: nonnulli volunti intelligi discrimen inter Baptismum, & pœnitentiam: ut in illo integræ renouetur quis; passioque Christi, quæ hostia est pro peccatis, ad omnino applicetur nouationem; ita, ut temporaria pœna nulla sit luctuenda: at in pœnitentia haud contingat talis nouatio; neque fiat integræ hostiæ Christi applicatio. Hinc Christum, qui in Baptismo dicatus propitiatio totius mundi, postquam suscepit Baptismus, peccauimus, iustum nuncupari aduo catum, 1. Ioannis 2. cuius non sit curare, ut omnino contra iustitiam cliens absoluantur: sed, vt ei, seruata æquitate, ignoscatur: quæ æquitas exigit, vt si non omnino seueram, at certe aliquam pœnam reus subeat. Inde Paulo dictum, ad Rom. 6. *Christum semel tantum pro delictis mortuum, & per Baptismum nos ei configurari*. Petro etiam 1. 4. *Christo igitur passo in carne, & vos eadem cogitatione armamini, quia, qui passus est in carne, desit a peccatis: ut iam non desideriis hominum, sed voluntate Dei, quod reliquum est in carne vivat temporis*. Hoc est: sicut semel Christus mortuus est pro nobis, ita semel integræ applicatur eius passio in Baptismo: postquam, si a iustitia contingat recedere, supereft pœnitentia strictior porta, quæ satisfactionem habeat adiunctam.

III. Possumne has ambages expedire ad artis præscripta? Difficile quidem: conabor nihilominus. Si differt Baptismus à pœnitentia, eo, quod in illo perfecta sit, in hac vero dimidiata applicatio hostiæ pro pecatis: Ergo post pœnitentiam supereft satisfactione. At prius verum. Ergo posterius. Probatur antecedens: quia, aut negat Apostolus, omnem lapsum veniam, aut hanc Baptismi, & pœnitentia differentiam statuit. At nō prius: quum sit hæresis Nouatiana. Ergo posterius. Probatur iterum ex illis aliis locis Iohannis, & Pauli, & Petri.

IV. Respondeo: Primum, vafritiem Salmeronis esse notandum; qui hoc argumentum non sit ausus, neque tanquam suum proferre: neque vlii autori adscribere, qui culpam præstare queat: sed infinito titulo. Nonnulli, inquit, voluerunt intelligi: nempe, quum non haberet cui tam informem factum adscriberet, se tamen non auderet parrem videare, eorum exemplo qui ablata legitimæ prolixi spe, in impuro cœlibatu, illegitimam tamen malum, quam nullam. Enimvero solus in omnibus interpretibus, quos multos vidi, Salmero, huius commenti est autor; quod tamen longe paucioribus perfrinxit commentator ad eum locum: neque, vt sententiam separatam, sed in confirmationem eius, qua Paulum interpretatur, de pœnitentia post Baptismum. Magna hæc iam infirmatatis conscientia Nam, neq; Veteribus cognitam esse lententiam, neque recentioribus vliis: deinde, non potuisse absq; pudore ab ipso suo autore agnisci, nemo sanus in animum inducit suum potuisse fieri, si non esset non tantum infirma, sed etiam pudenda.

V. Sed enim rem potius expendamus. Secundo igitur, nego consequiam; cur non enim sit potius necessaria ipsarum pœnarum exsolutione, quam satisfactione, hæc de qua disputamus, quæ non ipsas pœnas luit, sed alias pro iis substituit. & quidem plerunque ridiculas? Exempli gratia, si dimidiata fuit Davidi applicatio hostiæ, adeo vt necesse fuerit remanere pœnas, quas exsolueret, at nulla fuit tamen earum pœnarum vicaria satisfactione; quia oportuit infantem mori: oportuit eius concubinas violari. Cur non similiter de omnibus dicam? Et quidem magnifice, vel vna teste morte; quæ pœna temporalis supereft, etiam sanctissimis quibusque nulla satisfactione prævertenda. Breuius dicam: nulla unquam teneta pœna temporalis, post culpæ condonationem, expuncta fuit, per alias vllas vicarias pœnas. Itaque, absurdissima consequentia est: & Salmero callidus Sophista, qui eius probandæ labore superfluerit.

VI. Tertio;

VI. Tertio; nego antecedens. Neque enim duo pœnitentia: veræ genera docuit scriptura, sed unicum duntaxat, quum recessit à malo, accedit ad bonum: semper utile, imo semper necessarium, omni volenti respire ab horrore damnationis, tam ante Christum occisum, quam post: cuius pœnitentia Sacramentum, est Baptismus. Vnde crebrum ei nomen Baptismus pœnitentia, Marci 1. Lucæ 3. Actor. 3. & 19. Sed & Matth. 4. Ego baptizo vos aqua, & resurrexi in pœnitentiam.

VII. Quod attinet ad Veteres: distinxerunt illi quidem pœnitentiam, in eam quæ est Baptismi, & priuatam, & solennem, sive publicam: sed hæc distinctio est ab accidente; quomodo quis hominem distinguere in puerum, adolescentem, senem. Non enim triplicem hominem dicat propterea, aut alium hominem puerum, alium adolescentem, Accidentia enim speciem nullam multiplicant. Occasiones ergo pœnitentia Veteres ita distinxerunt, sive circumstantias variorum pœnitentia actuum. Itaque, autor libri de visitate pœnitentia apud Augustinum, sermonem inchoans de illa quasi triplice pœnitentia, *Triplex*, inquit, *consideratio agenda pœnitentie in Sacra Scriptura inuenitur*. Recte: non triplex pœnitentia, sed agenda pœnitentia triplex consideratio. Sunto ergo sane, quibulam circumstantis variati actus pœnitentium: at non propterea totidem pœnitentia discrimina esse oportet. Vna sufficit, cuius actus vnu sit in Baptismo, aliud intra priuatos parientes, aliud apud vniuersitatem Ecclesiam. Verum, hæc quæstio alias disputanda erit contra Bellarminum.

VIII. Hos actus differre inter se, eo quod in pœnitentia Baptisma integræ sit hostia applicatio, in reliquis, non nisi partialis, constanter negamus. Imo, quia idem genus pœnitentia vbi que in Baptismo prædicatum dicimus, omni pœnitenti necessariam esse integrum hostiam pro peccatis. Amplius dicimus, non esse desultoriæ hostia applicationem, vt, quæ facta sit hodie, eras infœcta fiat, sed semel fieri in vniuersitatem vitam: adeo vt, quem peccatorum pœnit in extrema senectute; ei ad veniam nulla alia sit appellatio necessaria præter eam, quæ ei puer facta est in Baptismo. Et inde Augustino dictum, explicationis ad Romanos inchoante, paulo ante finem, *Eos, qui iam bapuzati fuerint, curari melius dicimus per pœnitentiam, non renouari: quia renouatio in Baptismo est: ubi quidem operatur pœnitentia, sed tanquam in fundamento*.

IX. Locum ad Hebreos mire torquet Salmero. Nam, quia non neget pœnitentiam lapsis, inde concludi, significare hanc pœnitentiarum differentiam, ridiculum est. Primo enim non est verum, non negari à Paullo veniam lapsis: sed tantum omnibus: nam certo cuidam generi denegari, luce meridiana clarus. Deinde, qui nexus est antecedens cum consequente: non enim *opposita sunt, negare veniam lapsis, & pœnitentiam sic discerpere, ut illo negato, hoc necesse sit ponere*.

X. Enimvero si differentia concluditur pœnitentiarum: ergo oportet Apostolum peccatoribus iis, quos describit, relinquere aliquam pœnitentiam, post id genus peccati admisum. At hoc manifeste fallum: quod apparet, primo ex hæsi Nouatiana: nunquam enim potuissent ab hoc loco, vel fucum facere suo errori Nouatiani; si locum Paulus dedisset iterata pœnitentia, quam illi pertinaciter negabant. Nec Patres, iis respondentes, coadiuvent, distinctiones illas anquiere: sed ipsi nudis verbis pugnare. Quanquam quid conjecturis ago? Quum verba ipsa sint diserta? Impossible est, inquit, ut renouetur per resipientiam: sive, ad pœnitentiam: vt maluit Latinus interpres: *Nam, terra que profert spinas & tribulos, reproba est. Non adhuc pro peccatis reliqua est hostia; sed horrenda quædam expectatione iudicis, & ignis feruor qui deuoraturus est aduersarios*.

XI. Quid clarius? Nam certe, iis quibus reliqua est illa saltem mutata hostia applicatio, ne Papistæ quidem dixerint, nullam spem residuam esse renouationis. *Quamuis enim (inquit Iustinianus in hunc locum) Baptismus propriæ renouationis sit, (quod audiuius ab Augustino haud ita pridem) pœnitentia tamen suo etiam modo vim continet renouandi: neque enim Apostolus, quum ad Ephesios scriptis, Renouamini spiritu mentis vestre, nondum Baptismo expiatos alloquebatur. Rursus, iisdem ne lesuita quidem (cui hominum generi, nihil promptius, nihil in ore crebris, quam damnationis minæ) negauerit superesse quicquam, præter horrendam expectationem iudicis & ignis feruorem. Quorsum enim, vel dimidiata hostia, si nulla inde salus? Imo, quomodo nulla salus, quibus & culpa tollitur, & æterna pena? Denique, qui pronuntiat, non posse renouari per pœnitentiam, is, credo, non distinguere pœnitentiam, sive in species, sive in actus. Et, qui nullam hostiam superesse contendit, ne dimidiatam quidem admirerit.*

XII. Ceterum, Salmero ipse, disputatione decima tertia in hanc ad Hebreos, huius loci tres sensus esse moneret, eosque omnes Catholicos. Primum, de Baptismo non iterando: alterum, de pœnitentia post baptismum, non impossibili illa quidem, sed saltem difficillima: tertium, de peccantibus contra Spiritum Sanctum. Hanc autem, de qua hactenus disceruit differentiam, refert ad secundam consequentiam. Vnde magis patet manifestum, & ridiculum. Nam, si posito, non loqui de errore Nouatiano; consequens est, hanc ponit Baptismi, & pœnitentia differentiam, & hanc pertinere ad secundum illum sensum; profecto etiam necesse est, posito, non loqui de errore Nouatianorum, hunc secundum sensum ponere. Hoc autem si est verum, tum necesse erit, non posse locum intelligi, nisi, vel de errore Nouatiano, vel de pœnitentia post Baptismum. *Quod si est: ergo eius loci vnicus erit sensus Catholicus, non triplex, contra quam Salmeroni fuit assertum. Ecce tibi, inquit absoluta enumeratione, prudens lector, tres propositi sensus veros & Catholicos.*

XIII. Præterea, hos tres sensus inter se quum comparat: *Et prior quidem (inquit, abusus prior pro primo: nam priorem in tribus Latini non dicunt) in multis ceteris præcellit. Reliqui vero duo sensus veri sunt. & ad rem faciunt. Ei tibi duobus posterioribus, illum primum longe prælatum: de quo etiam Iustinianus, Communis est omnium Veterum Patrum sententia, loquii Apostolum de pœnitentia, quæ sit in Baptismo. Ita Chrysostomus, Theodoretus, Oecumenius, Theophylactus, Anselmus, (quoniam Anselmus alter) Sedulus, Ambrosius, Augustinus. Adde Papistas: Glossam interlineare, Thomam, Lombardum, Caetanum, Contarenum, Gagnæum & Bellarminum, tum c. 18. libri 1. de Baptismo, tum 16. de pœnitentia. Gregorium de Valentia, Comment. Theologic. tom. 4. disp. 4. quæst. 1. p. 4 Quorum hæc? Nimurum, vt Salmeronem constet, non tantum necessariam Tom. III.*

consequentiam non necere, sed ne verisimilitorem quidem. Itaque tunc magis ridiculum.

XIV. Ut autem de singulis interpretationibus dicam; quam secundo loco constituit Salmero, quamque Lyranus est complexus: sed & Vasques, Commentariorum in 1. Thomæ, disp. 47. artic. 6. c. 1. & in 3. disp. 146. artic. 9. c. 3. hæc, inquam, nobis sententia videretur omnia minime probabilis. Sumit enim, impossibile est pro difficulti; quæsi diceret, posse quidem huiusmodi peccatores renouari, sed a modum difficile; itaque, usurpari impossibile, *καταχρεωμένοι, sive κατεγόρουσι*. Atqui, vt non negem alias ita fieri, hoc tamen loco durissimum est; propter circumstantias, quibus, vt diximus, spes salutis praedita est. Tum autem, quid artinebat to articulis eos peccatores describere: nisi genus aliquid peccati insinuaretur, non promiscui, ne magni quidem, sed inter alia maximi? Atqui, in omnibus peccatis, saltem maioribus, difficile est renouari. *Quid? quod longe difficultius innouari à peccatis ante Baptismum, quæ veluti in alteram naturam transferunt ex lôga cœsuetudine*. Itaque, illusoria illa exaggeratio esset. Præterea, nulla superest hostia, non difficultatem, sed impossibilitatem denotat: quia sine hostia nulla renouatio est, aut esse potest. Neque facile sit ita claudere, nulla superest, id est, aliqua superest quidem, sed non facilis applicari. Denique, impossibile, tum *καταχρεωμένοι, ου παραπληρωματικοί*, quum aliquid significatur, quod etsi non habet nunquam, tamen adeo fit, ut peccare nunquam. Atqui, renouari homines per pœnitentiam post Baptismum, ordinarium est, & quotidianum: imo frequentius quæ per Baptismum: nam, eti si nemo sic renouetur nisi baptizatus; tamen nemo non centies renouatur in vita, quum baptizetur nisi semel. Quomodo autem possibile, aut etiam difficultissimum id dicatur, quod *λέπεσπιος* fiat? Itaque, eam mentem Apostoli agnoscerem non possumus.

XV. Vix etiam primam, quæ de Baptismi iteratione; etsi teneamus ipsi Baptismum nullo modo iterandum. Nimurum, similes ob causas. Neque enim verum, nullam superesse hostiam, nihil nisi horrendam expectationem iudicis, & ignis ardorem; quibus non potest iterari Baptismus. Neque sunt similes terræ, quæ, quia fert spinas, & tribulos, reproba est, & maledictioni proxima.

XVI. Itaque, faciliores sumus in terram; quæ Paulum interpretatur de peccato in Spiritum Sanctum, sive vniuersali apostasia, & voluntaria, imo malitiosa veritatis abnegatione. Nam huic quadrant omnia in contextu, tum præcedentia, tum consequentia, & quidem absque tropo. Nam apostasia bene denotatur per *διάστροφα*: cui vicinum verbum est s. ad Galatas, *τοξεύεται τοις πειρασμοῖς, ἀγράτης εξειδίσθις*. Voluntas autem etiam nominatur capite decimo: *ἐπεισίως αἰματοφόρων, voluntarie peccantibus*. Sexto autem exaggeratur supposita cognitione; quia videlicet, quod per ignorantiam sit, videtur non plene voluntarium, & ita excusatio sit: hoc ergo Paulus tollit, iis circumstantiis, Semel illustrati fuerint: *gustauerint donum cœlestis, particeps fuerint Spiritus Sancti: gustauerint bonum Dei verbum, ac virtutes futuri seculi: nam, vt cuncte flectantur, tamen non possunt eos designate, quibus ignorantur mysteria fidei*. Præterea, optimo iure is præciditur spes & pœnitentia & salutis; quos Ioannes dicit, peccare peccatum ad mortem: quibus pronuntiauit Christus, non dandam veniam, neque in hoc seculo, neque in futuro. Sed & maxime proprie ius dicitur, non superesse hostia pro peccatis: abnegantibus enim Christum necessitate est, aut damnationem certam esse, aut aliquam aliam hostiam. At hæc nulla; quia nullum aliud nomen datum est sub cœlo, per quod nos oporteat seruaci. Act. 4. Denique optime, ignis feruor, qui deuoraturus est aduersarios: Nam huiusmodi Apostata, vere sunt aduersarii.

XVII. Nihil ergo Salmero habet pro suis somniis in Epistola ad Hebreos. Quid in reliquis locis? Eorum primus ex 1. Ioannis 2. Filioli mei, hæc vobis scribo, ne peccatis. *Quod si quis peccarit, adiutorium habeamus apud Patrem, Iesum Christum iustum: & ipse est propitiatio pro peccatis nostris*. Sed hinc, quod artificis extundere potuit differentiam Baptismi & pœnitentiae? Audite. Christus in Baptismo est propitiatio; post Baptismum iustus adiutorius. At iusti adiutorii non est, procurare integrum absolutionem, & contra ius: sed in moderatam aliquam pœnam.

XVIII. Proh fidem, & pudorem! Nam, quis ab exclamando temperet in tanta peruersitate? Neque enim dari potest audacius quicquam, & violentius. Adeo nulla religio est, quicquid in buccam venit, effutore, quasi nulli examini obnoxium: Obseruate ludibria. Primo, adiutorium post Baptismum; propitiacionem ante. Quid ergo? non adiutorium in Baptismo, non propitiacionem post Baptismum? *Quis, malum, hanc tantam distractionem commentus est?* Nam Ioannes ne apiculo quidem indicauit: imo cundem, quem adiutorium dixit, dixit & propitiacionem: & dixit uno codemque loco: & dixit iis, quibus remedium proponebat peccatorum post Baptismum. Lorinus, *Vincet adiutorius causam, quantumvis difficilem: nam non est priuata, ut aliorum, verbi gratia, Noe, Danielis, Iob, iustitia eius, que solos liberet, in quibus reperiatur: sed publica & generalis, tanquam capitum, ac proinde eius, qui homo simul sit, Deus, non simplex adiutorius, aut index honorarius, quod Apostolus est promissum, sed Iesus idemque absolutus cognitor, ac definator causa: quique propter valorem infinitum ex divina dignitate persona ad plenum satisfaciat*. Quibus similia norauit Salmero ipse. Vnde conitatur, eam propitiacionem referri ad munus adiutorii: Nam si hæc solutio est obiectionis, qua dubitatur, utrum qui adiutorius est, possit nos Patri conciliare, ut dixerit expressit Salmero, quam Lorinus: omnino necesse est hæc duo membra coniungi. Si enim non esset Christus adiutorius propitiatio eorum peccatorum, quæ admissa sunt post Baptismum, quomodo, qui verentur ne Christus se non reconciliet Deo, postquam baptizati peccarint, poruerunt persuaderi nihil esse periculi? & ea ratione persuaderi? Caietanus connectit manifestius, *Non solum remedium docuit contra præterita peccata, confessionem, sed etiam firmans post Baptisma peccamus, remedium docet recursum ad adiutorium Iesum Christum, qui tenet hominem, ipse enim est adiutorius noster apud Patrem. Aduocatus autem, non patrocinium ferens crux iniusta, sed adiutorius iustus: cuius iustitia explicatur subiungendo: Et ipse est propitiatio pro peccatis nostris: Ecce iustitia Iesu Christi: ecce iustitia adiutorii nostri, quod ipse est propitiatio satisfaciens pro peccatis nostris. Gagnæus, Hunc ergo adiutorium habemus, qui est propitiatio. Et istis periuadet Salmero, non esse propitiacionem eorum, quorum est adiutorius.* Tt 2 XIX, Lyra.

XIX. Lyranus, *Aduocatum habemus apud Patrem, ostendente Patri pro peccatoribus vulnera. Quæ vulnera? Nonne ea, per quæ propitiatuit nobis Patrem? per quæ satisfecit pro nobis?* Hæc igitur vulnera, quomodo ad aduocatum pertinent, & non pertinet propitatio? Guillaudus, *Si quis humana fragilitate peccaverit, non animum despondeat, sed totum effundat in Iesum Christum, qui ad dextram Dei Patris sedens, noster est patronus, & aduocatus, Mediator, & reconciliator apud misericordiarum Patrem.* Ethic nota eundem aduocatum, qui Mediator sit: ut pertinet sane ad Mediatorem propitiatione: ideoque ad aduocatum. Pergit ille, *Tamen si propter iniustitias nostras venia indigni sumus, ille tamen iustus est, qui nobis veniam suo sanguine meruit.* Et post, *Christum esse aduocatum explicat, quum dicit, esse propitiationem pro peccatis.* Nam *sua perlitione, Decuplicatum, & propitium reddidit.* Observa particularē, & hoc loco accipi pro, *Nam, aut Etenim, Christus est aduocatus, etenim est propitatio: aut, nam est propitatio.* Nullo modo igitur negare debet Salmero, propitiationem pertinere ad Aduocatum: propter ea quæ eorum esse aduocatum Christum, quorum sit propitatio; & contra, quorum sit propitatio, eorumdem esse aduocatum. Quare, si per propitiationem auferatur satisfactio: non tantū tollit ante, sed etiā post Baptismū.

XX. Secundo iustum, inquit, aduocatum. Exiguum videtur, sed nihil minus ineptum. Nō enim Ioannes dixit, Christum esse aduocatum iustum, sed Christum iustum, esse aduocatum: nimis significans non rationem fungendi officii; sed ipsum officii fundamentum: quia scilicet non poterit esse aduocatus noster apud Patrem, nisi fuerit iustus. Itaque, saltem ratione prior est hæc iniustitia isto aduocationis officio: quæ posterior esset, si rationem administrati officii significaret.

XXI. Esto tamen. At iusti aduocati non est procurare integrum absolutionem, sive omnimodam reo suo. Absurde dictum. Nam, quia negari non potest, Christum esse aduocatum eorum qui baptizantur, cum idem sit Mediator, & aduocatus; consequetur ergo, non procurari omnimodam absolutionem, ne iis quidem qui baptizantur: quod tamen contra posuit Salmero. At hoc quum sit vehementer falsum, concludendum potius, iusti aduocati esse, ut procuret omnimodam absolutionem: & haec Salmero blasphemie dixerit esse contra iustitiam. Quid enim? An Christo non licet contra iustitiam procurare post Baptismū; & licet in Baptismo? An potius hæc omnimoda absolutio est contra iustitiam post Baptismū; magis quam in baptismō? & has incepas absurditates, has absurdas blasphemias quisquam toleret Christianus? Nos potius in hac omnimoda absolutione scimus etiam satisfactionum iustitiae diuinæ, per Filii passionem; itaque negamus esse posse contra iustitiam.

XXII. Sequitur Paulus, qui Christum semel pro delictis mortuum dixit, & nos per Baptismum ei configurari. Hoc est, inquit Salmero, ut semel mortuus est, ita semel nobis integre applicatur. Item Petrus, Christo passo in carne, non iam in desideriis, sed in voluntate Dei viendum: hoc est, sicut semel mortuus est, ita semel integre applicatur. Et quousque nobis tam effrons illudet audacia? Certe eadem audacia poterat concludere, semel in vniuersum nobis applicari; nempe in Baptismo, deinceps nunquam: quæ enim hoc sequitur, atque illud: quod piger latius demonstrare: est enim ex iis, quæ tam manifeste, & palam absurdula sunt, ut hellēboto purgari debeant potius, quam ratione confutari. Vterque Apostolus, posita humani generis redēptione, concludit sanctitatem virtutis affectandam esse; at sanctitas vita, neque applicationem satisfactionis Christi tollit, neque adeo integrabat, ut, qui illa potita, hanc tollat, prolixo ostendat, se mysterii redēptoris aut ignarum esse, aut inuidum: certe indignum.

C A P . XII.

Varii Scripturæ loci, à Papistis obiecti.

I. Hæc habuerunt è Scripturis, quorum explicatio visa paulo maioris momenti. Nunc expediamus leuiora promiscue; quibus sic vtuntur; ut, quum pueri sectantur aues testaque lutoque. A Salmerone initium:

II. Ex Iob 1. *Ipse me reprehendo: & ago paupertatem in fauilla, & cincere.* Expendere iubet, non solum dolorem, & reprehensionem interiore, sed etiam exteriorē satisfactionem ratione præteriti delicti assumptam. Iobum autem fuisse in gratia itaque, illam pœnam non fuisse pro culpa susceptam letifera: sed pro reatu pœna temporaria: hoc autem esse, Deo satisfacere.

III. Respondeo; vtrumque concedi, tum internum dolorem, tum externam eius doloris testificationem: sed negari, hæc testimonia fuisse viles satisfactiones vlii pœnæ temporarie. Enimvero, hoc aduersari tertio quoque verbo ponunt, & repetunt: cur nunquam probant? Non fuit, inquit, pro culpa letifera. Negamus, inquam: nam, omnia peccata, culpam dicunt letiferam: & hoc doloris erat pro peccato: quod Salmero, & testatur, & probat ex præcedentibus, *Inspicere loquicūsum, & qua ultra modum excedunt scientiam meam: quæ, etiā aliter longe sonant in fontibus,* tamen nunc inquirere non liber. At erat in gratia. Ita est sane: sed hinc non sequitur, non vindicasse peccatum in se suum, etiam dimissum. Nempe, vera pœnitentia est ab odio ipsius peccati, multo magis, quam à terrore pœnæ: etiā ab hoc etiam, tāquam medio, quo inducamur in illud odium. Quare, illud quicquid est, pœnitentiam facere in fauilla, & cincere, nihil est minus, quam satisfacere cuiquam pœna temporarie non condonata.

IV. Ecclesiastici 5. *De propitiato peccato, noli esse sine metu, neque adiicias peccatum super peccatum.* Quomodo consulti, ut propitiato peccato, non sit sine meru, nisi quia post remissionem superest satisfactio, quæ, neglecta, hominem reum facit?

V. Imo, sanusne Salmero, qui, quem locum & ipse alias, & reliqui omnes proferunt, tanquam iniustissimum argumentum, vnde confiant, neminem debere apud se statuere, sibi dimissum esse peccatum, (*Sa, quæ dicat, time, ne forte nondum sit remissum*) hoc nunc vtratur, ut supponat peccatum esse remissum? Si pœna nulla temporalis est, nisi remisso peccato, in hoc quidē argumento: & satisfacere quis velit ei pœna: hunc necesse est supponere, sibi esse remissum peccatum. Aut, si incertum hoc est, certe altius ille paucor penetrabit, quam ut proponat sibi pœna temporalis expiationem.

VI. Cæterum, Græcasunt facilia, *εξειλικηστρα μη αφορετο γραμματα των συντεχνησιναις απαρτιναις φανεταις.* Longe alio sensu, ut alias diximus. Nam *εξειλικηστρα*, latius patet, quam peccatum propitiatum. Hoc enim non potest, nisi de præterito, dici, quum, non tantum peccatum est admisum, sed etiam eius admissa data venia. At *εξειλικηστρα* propitiationem sonat, tam in præteritum, quam in futurum. Itaque, plerique omnes præferendam censem lectionem, quæ, teste Iansenio, in omnibus fere Scripturis intenit: *de propitiatu peccatorum*; vnde à quibusdam imperitis hæc facta sit, quæ obtinuit. Deinde, particula, *neque, Græca nusquam est;* & murat sensum: videntur enim duo esse orationis membra disparata; quorum unum ab altero non pendat; quum tamen Græca manifeste ostendat ita connexa, ut prioris sensus imperfetus sit absque altero; atque adeo vno spiritu legendum, *De propitiatu peccati ne esto nimium absque metu, ut addas peccata peccatis.* Quod ad satisfactionem quid faciat, quero. Nam profecto, ut nulla sint post propitiationem pœnae residua, nulla pœnarum satisfactio: tamen satis est causa; ut ne ex propitiationis confidencia, quisquam temere ruat in peccata: & Salmero ludibriū debeat.

VII. Ad Rom. 6. *Neque exhibeatis membra vestra arma iniustitiae peccato: sed exhibete vos Deo, tanquam ex mortuis viventes, & membra vestra arma iniustitiae in sanctificationem.* Clichtoueus: Quibus verbis salubriter admonet, ut corpora sua per satisfactionem condignam exhibeant instrumenta bonorum operum: sicut prius ea exhibuerunt organa gravissimum scelerum. Nullum est autem satisfactionis genus illo præstantius, quum per quæ quis peccat, per eadem punire in se peccata, atque delere studeat. Alphonsus de Castro: Ea verba exponens Theophylactus, ait, *Neque enim quum facinus aliquod unum admittebatis; illo contenti reliquias per vos finis imponebatur; sed scelus unum aliud succedebat, ut vestra nequitia in maius excreceret.* Par ergo mensura exhibentes membra hac vestra propriaria illa immunditia, quod reliquum vobis est vita degat. Ex quibus verbis constat, locum illum Pauli esse intelligendum, de compensatione, aut satisfactione pro peccatis facienda, prout mensura delicti exigit; ita ut iuxta mensuram delicti sit plagarum modus, non solum in alia vita, sed etiam in ista. Salmero: Ibi intuitu obsequii iniustitiae, vult ut membra seruante iustitiae: non ut eam acquirant, quam iam habebant (nam ad Sanctos vocatos scribit) sed in sanctificationem, hoc est, in puritatem ac munditiam; que tunc etiam est, quum homo à debito pœnae temporalis sit mundus.

VIII. Sed Clichthoueus audaculus Sophista, satisfactionem condignam aut aliter intelligit, quam initio controversia definita est, aut temere in locum Pauli conatus est intrudere. Nam, quia arma nominantur Hebraico more, pro instrumentis, quæ ratio ferat arma iniustitiae, armare iniustitiae intelligi de pœnis peccati? Manifestum est, tum exhiberi membra cuiusque arma iniustitiae, quum ea habet intenta operibus iniustis. Non ergo obscurum, eadem sibi arma iniustitiae in sensum oppositum, quum servire iubentur operibus iniustitiae. Atqui, opera iniustitiae, quomodo possunt esse pœnae iniustitiae? Quod si satisfactionem intelligat, oppositam rationem viuendi; ut, qui impie viuebat, viuat pie; & id appetit per quæ quis peccat, per eadem puniri; non mutimus contra: imo, hanc satisfactionem toto corde admittimus: sed quid durius dici potuit in damnatissimos? Nam, de damnatis dictum, obseruantur alias, non de consequitis veniam. De iis, inquam, quibus nihil prorsus condonatum.

X. Salmeroni damus, velle Paulum, ut intuitu obsequii iniustitiae, membra seruante iustitiae. Sed non ut eam acquirant, dare non possumus: vtrumque enim verum, & vt acquiratur ab iis, quin nondum discesserunt ab iniustitate: & retineatur, imo augeatur ab iis, qui iam conuersi inchoarunt legitimam vitæ rationem. Nec contra concluditur, etiam si ad eos sit sermo, qui iam erant vocati sancti: quid enim obstat, quominus eorum officium describatur communibus verbis? Atqui, nolit ipse Salmero tam maligne cohibere illud, *Teneat traditiones: erit æque dictum ad iam votatos sanctos, ut nihil pertinet ad infideles.*

XI. Veruntamen, ne sim *εξειλικηστρα* molestus Sophistæ, alioquin inutiliter fatagenti, quid tum si non agatur de acquirenda iustitiae? Aut, quis docuit esse *εξειλικηστρα* disparata, acquirere iustitiam, & satisfacere pœnis temporalibus, ut, si illud negetur, hoc ponendum sit? Audio: *In sanctificationem, hoc est, in puritatem, ac munditiam: & concedo ita esse.* Sed, hanc puritatem etiam tum esse, quum satisfactio debito pœnae temporalis, ne mille quidem Salmeronum autoritas persuaserit. Argumentis opus est: & tamen etiam tum *εξειλικηστρα*. Scripturis ergo opus est: quæ, si id doceant, magis erimus muti quam pīces.

XII. Prīm ad Cor. 9. *Castigo corpus meum, & in infernitum redigo, ne forte, quum alii predicarim, ipse reprobis efficiar.* At hæc castigatio, etiā præseruet à peccato futuro, erat tamen etiam in Paulo leuiorum, at quotidianorum delictorum punitio, pro quibus si satisfaciendum est, quanto magis pro grauioribus, atque letiferis?

XIII. Sed Salmero nimis sibi pollicitus est de nostra facilitate, qui sperat concessuros nihil nisi affirmanti, hanc castigationem fuisse leuium peccatorum punitionem: neque id tantum; sed etiam, hanc punitionem pertinere ad satisfactionem pœnarum post culpæ condonationem residuarum. Nam nos contra, & nulla peccata levia esse, pridem disputauimus: & punitionem peccatorum ab ipso peccatore factam nullam agnoscamus: nisi emendationem, sive mutationem in melius: cuiusmodi punitionem Paulus ipse describit hoc loco: *Ne quum ceteris predicarim, inquit, ipse reprobis efficiar: id est, interprete Anselmo à Deo reprobatus, & a gaudiis colestib; que prædico, alienus.* Atqui nullus hic metus est in hac satisfactione.

tisfactione, de qua disputamus, quæ quidem culpæ veniam præsupponat,
& peccata temeritatem condonationem.

XIV. Er vero, Paulum loqui de ea punitione, quæ præueniat futura peccata, res ipsa docet. Nam, præcessit comparatio Agonistarum. Quis quis certat, in omnibus est continens: Et inde concludit a minori, quid sit officii Christianorum, atque ipse sese aliis exemplum præbet. At qui aletæ abstinebant, non propter præteritas luctas, aut ut sanarent liuorem ex iis contractum, sed propter futuras: & ut Paulus exprimit, ut peritura coronam acciperent. Non esset autem similitudo, si in Apodosis satisfactio poneretur peccatorum præteriorum. Vnde Lombardus omnis qui contendit in agone, ab omnibus se abstinet, quæ præmium agonis impediunt: ita & vos ab offendiculis debitis abstinere. Et post, Vere debemus abstinere ab offendiculis, quum illi abstineant a contrariis, quia res maior est hic. Theophylactus, Laborem subeo omnem, ut continens viuum: Anselmus, Corpus meum per continentiam castigo, ne per lasciviam insolescat: & in seruitudine illud redigo, ut non perficias suam, sed spiritus voluntatem: & in omnibus eruiat spiritui, non repugnet.

XV. Prior. ad Corinth. II. Si nos metipos diuidicaremus, non vitque iudicaremur. Dum iudicamur autem, à Domino corripimur, ut non cum hoc mundo damnemur. Viden', inquit Lindanus, castigationem à Deo Patre filiis offenditoribus infligendam, posse anteueri? Imo, ita posse vtronec in nos vindicta præueniri, frangi, præripi, atque euacuari, vt à Domino non sumus iudicandi, puniendi, atque castigandi? Salmero: Tunc autem nos iudicamus, quum peccata nostra punimus: quemadmodum docent, Origenes, & Augustinus libro de penitentia medicina, cap. 2. & Maximus, in 2. cent. c. 4.

XVI. Castigatio infligenda dicitur non uno modo. Aliquando meritum significat, id est, castigationem, quam subire meruit peccator: alias decretum; id est, castigationem, quam Deus decrevit in hunc, illumve peccatorem. Priori, concedimus anteuerter posse; atque adeo si non posset, inutilem fore penitentiae prædicationem. Sed hoc quid ad rem? Non enim, si merita est poena, ideo statim referuata post condonationem culpe. Imo, Pauli verba, ea ipsa qua recitantur, eam castigationem significant, quam ipsi Papista, omnes vna voce concedunt aequa remitti cum culpa; *Vi non cum hoc mundo damnemur*. Occidentius, κατεργά φύσι τες εἰ αντίστηται απειροτελεστές. Φύσι δὲ ἡ ὑπεριποστήσις καὶ Θεός πάσιν οὐδέποτε μετέστητος οὐδεποτέ, τι καὶ μη τοιοῦτη οὐδεποτέ διάστητον δικτυον, Mundum vocat homines in infidelitatem, & peccatum. Dicit autem, fideles Deoque amatos, hic recipere peccata, ne cum reliquis illis dent paenas. Theodoretus, Deus nos moderate castigat, ne impiorum exitio trahatur. Ambrofius, Ne cum hoc mundo, id est, cum infidelibus damnamur. Anselmus. *Vi infutura vita non damnamur aeternaliter cum hoc mundo, id est, cum infidelibus, & amatoribus huius mundi.*

XVII. Quod si decretum significet castigatio infligenda; id est, ut loquuntur Papistæ, pœnas post culpæ remissionem retentas: negamus, hanc castigationem posse anteuerti: negamus, id Paulum docere: vno verbo, negamus nos in iis verbis quicquam tale videre: imo negamus quemquam videre, nisi cui etiam vigilanti solent tragelaphi apparere. Nam anteuerti Paulus docet iudicium Domini. Non iudicaremur à Domino. At qui iudicari à Domino, est cum hoc mundo damnari: hæc vero pœna non retinetur, nisi etiam culpa non dimittatur. Et, si culpa dimittitur, pœna etiam condonatur. Nihil ergo Paulus de ea pœna, cui satisfactionem assigant Papistæ.

XVIII. Sed tunc iudicamus nos ipsos, quum peccata punimus. Potest, inquit, dari. Sed punire peccata, non significat semper pœnas sumere de peccatore: sed ipsa peccata cohibere, & comprimere, ne in actus excent: imo, ut habitum facere desinant. Atque adeo ea mens est Maximi, quem Salmero sibi testem laudat. Græca recito, quia Salmero infelici vñs est interpretē, πάσα χειρὶς ἀμετία διὸ οὐδὲν γίνεται· τὸ δὲ ταῦτα ἀναγέτως, διὰ κακοτάθειας καὶ λύπης, οὐ ἐκεῖνοι διὰ μετανοίας, οὐ οἰκονομικῆς συζητοῦσά διότι τοῦτος οὐτούτους, Omne ferme peccatum committitur per voluntatem: eiusque extirpatio, per molestiam, doloremque: siue sponte per paenitentiam; siue ex prouida vicissitudine, quam infert prouidetia. Peccauit Salmeronis Interpres, primo, quod tria membra expresserit, quae tantum duo sunt, ad vnum pertinentia, quod tamen ad rem nostram exigui est momenti: deinde, quod illud, η ταῦτα ἀναγέτως, retulerit ad proximam voluntatem; quum debuerit ad remotius peccatum. Sensus est enim, sicut peccatum generatur ex voluptate; ita extirpatur per oppositam κακοτάθειαν. Audin igitur, Peccatum extirpari, siue auferri, ἀναγέτως.

X. Sed Salmero. Certe, iudicare seipsum, proprie est, punire, & vindictam debitam sumere: Ioh. 20. Non veni, ut iudicem mundum, sed ut salvificem. Tertio, Qui credit in eum, non iudicatur. Ad Hebr. 13. Fornicatores & adulteros iudicabit Deus. Denique, hoc ipso loco, Dum iudicamus autem, & Domino corripimur. Ergo iudicare seipsum, est corripere, ac punire.

losopheretur, Psal. 9. *Iudica me Deus*: & alibi. Breuiter; *Iudicare*, ambiguum est, tam in *absolutionem*, quam in *condemnationem*. Sed, *condemnationem* designat, quoties de peccatoribus agit; aut peccatis; inde, *ut in tunc mundum*; id est, *condemnam*: *qui non credit*, *iam iudicatus est*; id est, *condemnatus*. Nihil haec difficultatis habent. Sed, quod ad *peccatum* attinet, ita statuendum; negato *iudicio*, id est, *condemnatione*, negari *necessarium* peccatum: nimisrum, quia negato antecedente, negatur consequens: sublata causa tollitur effectum. Sed contra, posito *iudicio*, non ponitur *peccatum*; quia, nec posito antecedente, semper consequens ponitur: aut posita causa, ponitur effectum. *Iudicatus est*, ergo punitus, non est *necessarium*.

XXII. Præterea, aliud est iudicari a iudice, aliud a seipso. Iudicis iudicium, semper annexa habet adjudicationem pœnæ; & quidem, ut cum Salmerone loquar, condignæ. At non sic iudicatio sui ipsius: nam hæc potius sit, ad euitandam condignam pœnam. Alioquin, quid compendii esset, ne iudicari a Domino? Tum facile argumentum. Nam, dura Dominus iudicabat, multi infirmabantur; & multi dormiebant. At, nemo vñquam seipsum iudicans, damnavit, aut morbo, aut certe morte, excepto Iuda, & similibus, qui huc non pertinent. Non frustra ergo Chrysostomus expendit non dictum, si puniremus nos ipatos, sed tantum, si iudicaremus: vt ne sequatur, si Dominus iudicando, corripiat: ergo & nos iudicando nos, corripimus nos: si tamen corripere, pœnas significet.

XXIII. Postea ad Corint. 12, Timeo ne iterum quum venero, humiliet me Deus apud vos, & lugeam multos ex iis, qui ante peccauerunt, & non egerunt penitentiam, super immunditia, & fornicatione, & impudicitia, quam gesserunt. Vbi de interna penitentia minime videtur loqui: siquidem de illa non paret consilare, sed de externa, quae potest cerni. Hic ergo inspicere licet, penitentiam, quae pena tenuis est, & satisfactio, non esse solum medicinam, ut videtur sequens peccatum; sed respectum habere ad punienda præterita delicta.

XXIV. Atqui primum, et si concedamus, agi de externa pœnitentia potius quam de interna, non sequitur esse satisfactionem, sive pœnæ tentionem; ut festiu grammaticulus edixit. Nam externa consistit in operibus bonis; quorum certa potest haberi notitia: quæ tamen opera bona, non sunt, aut pœnz, aut pœnæ tentiones: ac proinde, ne satisfactiones quidem. Secundo, de pœnitentia interna nihil est quod obster, ne intelligamus Apostoli verba. Nam de hac non posse constare, falsum est. Duobus enim id modis dicitur: uno, ut certi simus, eam actam esse: altero, ut constet etiam non esse. Illud prius, paulo quidem difficultius est; propter conscientia labyrinthinos multiplices: & alienis incognitos: tamen possunt etiam alieni in eius notitiam venire: ut quum ab effectis inuestigantur causæ. Quia igitur interior illa pœnitentia causa est exterioris, ad quam pertinent bona opera: in quibus apparent hæc, etiam illam esse concluditur, saltem ex caritatis præsumptione, quæ non est suspicax, quæ omnia credit. Eo modo cognoscimus alii aliorum fidem; quæ tamen interna est, & per se non magis cognosci potest, quæ pœnitentia. Paulus, prior ad Thessl. 3. Misit eum, ut cognosceret fidem vestram. Iacob usq[ue] 2. Ostende mihi fidem tuam ex operibus tuis.

X XV. Sed alterum, & posterius, longe facilius, argumento ab oppositis: qui enim in operibus malis perseverat, is proculdubio pénitentiam internam non egit: quia hæc necessario significat recessum à malo. Iam vero Paulus loquitur de hac secunda cognitione. Quod patet ex ipsis verbis. Qui peccauerint, & non egerint pénitentiam. Ideo in præcedentibus, Metuo ne quomodo, quum venero, ne quales velim, reperi am vos. Id est, ut statim subiicitur: ne quomodo sint lites, & simulationes, ira, contentiones, obtrécationes, suspiri, rumores, tumultuationes. His regnantebus vitiis, quicunque negabit non actam pénitentiam, idem, quum videat niues, gelu, imbræ, tempestates, tamen neget hyemem esse. Quin hoc certum est argumentum, agere Paulum, de interna pénitentia: quia nimis raro (& hoc frequētissimo experientio suo Papistæ norunt, aut nihil norunt) qui externa illa pénitentia defuncti sunt, non recedunt tamen ab iis vitiis: imo, quibus maxime certum, non recedere, iij superstitionissimi sunt in nugatoris illis satisfactionibus: quas audiunt magis esse remedia præteriorum, quam cautelas futurorum.

XVI. Ad Coloss. 1. Qui nunc gaudeo in passionibus pro vobis, & adimpleo ea qua desunt passionum Christi, in carne mea, pro corpore eius, quod est Ecclesia. Passiones, inquit Salmero, Christi vocat eas, qua sunt membrorum eius; qui eius virtute patiuntur: & his passionibus deesse omnia, qua perpessuri sint electi, ad diem vsque iudicii. Paulus igitur pro Ecclesia satisfaciebat: & quia non pro culpa delicti, sequitur ut pro pena. Quod si quisquam pro alio satisfacit, multo ergo magis pro sciendo poterit satisfacere.

XVII. Paucis expediam : quia recurret locus in proxima quæstione : Paulum pro Ecclesia satisfacere hoc senlu, qui perpetuus est in hac quæstione, vt pro pœnis, quas Ecclesia debet pro peccatis remissis, ipse suas substitueret, & sic Ecclesia à suis absolueretur. Paulum, inquam, ita satisfacere pro Ecclesia, nego aut à Paulo dictum, aut ex eius dictis consequi. Nego enim passiones eas esse vllorum pœnas peccatorum : sed, vt ipse describit Salmero, quæcunque perpeti debent electi in hoc mundo : sicut ille tunc vincula sustinebat : vnde hoc, *Nunc gaudeo, cō rōis trābū, pēcōi us vītōi pōor, in passionibus meis pro vobis.* Chrysostomus, ὅτι πάχει τὸν αὐτόν, quoniam patior pro eo: nempe, Christo. Theophylactus, Quum dixisset. Euangeli se ministrum effectum, à quo ne illi exciderent precaretur, ostendit verax adeo illud esse, & certius, vt pro eo se pati fateatur. Occumenius, καὶ τὸν ιανδρὸν ἡ λύσις & διαγέλεια, ὅτι καὶ πάχειν αἰθίουσι αὐτὸν. Adeo certa est, inquit, spes Euangeli, ut pati elegorim pro ea Expende. Passiones igitur, non pro peccatis meis, aur vestris, sed pro Christo, pro Euangilio, pro spe Euangeli. Hæne sunt Papistarum satisfactions? Itaque, non sponte sibi impositas ab ipso intelligendum, sed violenter illatas ab aduersariis. Vnde Ambrosius tribulationes reddit, *In tribulationibus, inquit, quas patiebatur, exultare se fatetur.* Anselmus, *Qui nunc pro eius annuntiatione constrictus vinculis, & Roma reventus Iustinianus, Et nunc quidem incredibili gaudio perfundet, quod vestra causa multa vati necesse sit.*

XXVIII. Vides inceptum esse dilectionis Salmeronis? Aut pro culpa, aut pro pena. At, non pro culpa: ergo pro pena. Imo neutrum. Nam Christus: nam Euangeliū: nam Ihesus Euangeliū: & ut loquitur Iustinianus, annuntiatio Euangeliū, neque culpa erat, neque pena, aut Pauli, aut Colosenses

Sum. Neque hypotheticum argumentum utilius: Si pro alio, multo magis pro seipso. Ex falso enim antecedente, consequens non potest esse certum.

XXIX. Exhausi Salmeronis cloacam. Turrianus, ex poster. ad Corint. 2. *Suffici illi, qui eiusmodi est, obiurgatio hac, quæ fit à pluribus.* Nonne satis clare Apostolus significauit, satis illum peccati poenam luisse, qui tandem cum tanto animi sui dolore, ac tristitia ex peccato, à multis Corinthiis virtutis esse, quidque satisfactionis vice esse debere? Siquidem dicit, *Sufficit ei, Iuxta tuos r̄l, Satisfactio sit huic.* Sic enim Interpres Latinus, Acto. 17. vertit idem verbum *iuxta r̄l*, quum ait, *& accepta satisfactio ab Iasoni, & cateris, dimiserunt illos.* Satisfactio ad debitorē refertur, siue eum qui satisfacit, siue cum, pro quo satisfit. Iason, accusatus seditionis, hoc debito obligatus tenebatur, ut doceret, se extra crimen esse: quod quia fecit, & se trahi patienter tulit, debitum soluit: & hæc satisfactio fuit. Quod si docebat Paulus, prius penitentiam peccati non opus esse illa satisfactione, cur non statim, ut illum penitentem audiuit, iussit absoluī? cur exspectauit quo usque dicere posset, sufficere illi? Si illa obiurgatio exterior, ad interiorē peccati penitentiam adiuncta suffecit, aliquid ergo prius deerat illi penitentiae interiori, nempe, hæc exterior, quæ satisfactio vocari solet.

XXX. Quid non cogat *a*uribus**? Quid non *ipso* designet? Fuisse incesto illi Corinthio satisfactionem, quod à suis ciuibus vitatus, patienter tulerit! Hoc vero eius hominis est, qui, neque Paulum intelligat; neque controuersiæ huius meminerit, aut certe abutatur hominū auribus, arroganssime, superbissime. Primum, Satisfactionem hoc loco non pœnam dicunt, sed pœna vicariam, & quidem temporalis: & quidem post contritionem, confessionemque: imo post absolutionem. At hæc Corinthio pœna fuit imposta, nondum contrito, nondum confessio, nondum pœnitenti, breviter, non quia pœnitenter, sed vt eum pœnitenter: hic enim finis excommunicationis. Prior ad Tim. i. *Quos tradidit Satana, ut discedent non blasphemare*: quæ verba significant conuersationem à peccato, id est, veram pœnitentiam. Deinde, hæc quæcumque pœna fuit, & imposta est, & exsoluta ante absolutionem: hæc enim pronuntiatur in secunda; quum excommunicatione denunciata fuerit in priore epistola.

X X I. Denique, sicut haec poena vicaria nullius poenae temporalis, sed aeternae, si aeterna aliqua dici potest vicaria. Testis ipse Paulus, I. 5. *Eiusmodi homo tradatur Satan a ad interitum carnis, ut spiritus saluus sit die illo Domini Iesu.* Nam profecto, dies ille Domini assignatus, non finiendis penitentia temporalibus, sed denuntiandis aeternis: ut sensus sit, ne damnetur aeternis penitus, tum, quum Dominus iudex omnium apparebit. Ambrosius, *Ut spiritus Sanctus saluus sit in hominibus Ecclesia in die iudicii. Nisi enim electus esset, non fieret saluus spiritus Ecclesia in die iudicii: deserebat enim omnes contaminationis causa, ut in die Domini nudi a Spiritu Sancto inuenti, audiarent a iudice Domino, recedite a me, non noui vos.* Si ergo haec vlla satisfactio esset: necessario pertineret ad aeternam poenam.

XXXII. At, *in auctoritate* satisfactionem notat. Potest, inquam, ferri. Sed nomine omnium, satisfactionem vicariam; verum, quum id ipsum quod debetur expenditur. Significat enim *in auctoritate*, sufficientiam; id est, quum quid tale est, ac tamen quale quantumque esse debuit. Matt. 28. *deinde* *in auctoritate* *reis* *sacerdotum*; pecuniam sufficientem dederunt militibus, hoc est, tantam, quanta fuit satis illis persuadendis. Marc. 15. *Pilatus* volens turbam satisfacere. Lucæ 22. Illi dixerunt, Domine, ecce duo gladii hie: Ipse vero dixit eis, *In auctoritate*: Satis est. Postea ad Timot. 2. *auctoritate* *corporis*, qui idonei sunt ad alios docendos. Post ad Cor. 3. *auctoritate* *in auctoritate* *nominis*, sed sufficientia nostra ex Deo est. Quum ergo nunc dixit Paulus, *in auctoritate* *spiritus* *sanctorum*, significavit, non id quod vult Turianus, has penas pro aliis peccatis illi fuisse: sed hoc potius, excommunicationem iam sufficientem esse; nimisrum, quia sortita esset effectu optatum. Excommunicaverat enim Paulus, non absolute, sed, ut spiritus saluus esset: nunc ergo, quum spiritus saluus esset, quod quidem constabat ex penitentia, non esse ulterius intendendam excommunicationem. Sedulius, *Sufficit*, quum penitentia. Anselmus, *Sufficiens medicina est ad enauigationem culpa illius*, *sola obiurgatio*, *qua illum obiurges sis*: Et ita sufficit, ut non amplius eum exasperabis.

XXXIII. Quid potuit autem magis ridicule comparari, quam huic loco, loculus hie ex Actis, quantumvis affectus eriam a Salmerone? Enimvero apud Lucam, τοις επιστολαις, forensis phrasis longe aliud significat. Subodoratus est Caetanus. Qualis fuerit huiusmodi satisfactione nescitur. Crediderim ego fideiussionem aliquam datam a Iasone, & alius Christianis, qui cum Iasonem tractaverant ad principes ciuitatis, de fidelitate erga Casarem, & Romanum Imperium. Sed Syrus interpres manifeste expressit: וְנִמְבוֹדָע בַּיּוֹם וְאֶכְפֵּר עַל־פְּנֵי־בְּנֵי־יִשְׂרָאֵל, sic vertentibus Tremellio, & Boderiano. Quin etiam, ut vertiginem itupeas, Salmero, cui in eum locum, de quo nunc agimus, commentanti, sonnum placuit Turranius, qui que adeo distinxit τοις επιστολαις, & μετατριψε: hunc tamen Actorum locum explicans, Hac, inquit, satisfactione in pecunia fuit, ut ait Petrus Martyr Alexandrinus; vel cautione, de compitando in iudicio, si opus esset, datis fideiussoribus. Et quia Graeca lectio habet, τοις επιστολαις, quidam voluerint verti, accepta satisdatione. Sed facile satisfactionis verbum, ad illam sententiam verti posset.

XXXIV. Iason debebat docere, se extra crimen esse. Ita est, inquam, si cognita causa pronuntiadum fuisset. Verum, Lucas indicat, nō fuisse factū, sed perendinātū fuisse iudicium, vt alias sisterent se Iason, & qui cum eo: vt expressit Salmero; quo casu solent iudices, *nō iurav̄e dāubās id*, vel deposita pecunia, vel nominatis vadibus Deinde, fac docuisse. Hoc, quid ad pœnas? Nam nullas debuit, si docuit extra crimen esse. Vedit Turrianus, & addit, *Se trahip patienter tulu.* Itane? Et hoc quisquam docuit inter pœnas cōputatum? & pœnas sufficiētes? Mitum iustitiae ordinem: vt sumantur pœnes, & sufficiētes pœnæ, ante non tantum sententiam dictam, sed etiam audiētiū reūm. Quidam consiliissimis Jesuitas?

ditum reum. O iuris confutissimos letitias ?
XXXV. Sed cur non statim , ut eum p̄enitere audiuit, iussit Paulus ab-
solui? Quin tu doces potius, vnde didiceris non iussisse statim? Scilicet, ali-
quot numeravit quadragesimas : aliquot annorum secula. Nugæ : nugæ
l'apostolicæ. Nos contra, colligimus statim absoluisse: tum, quia excommu-
nicationis sibi finem præcipserat, salutem eius hominis, ac proinde con-
versionem: tum, quia dicit, Sufficit illi. Nam sciunt omnes, quæcunq; fiant,
non nisi propter finem; et, quum primum hunc finem obtinuerint, desin-
re. Itaque Sedulius. Sufficit, quum tecum sit.

XXXVI. Verum, si obiurgatio exterior, ad interiorē p̄nitentiam adiuncta, suffecit; ergo huic aliquid deerat. Nugator, quis docuit exteriōrem adiūctam interiori? Contra potius verum, interiorē adiūctam exteriōti. Si ramen excommunicationem quis appeller exteriorē p̄nitēti. Fuit enim, ut diximus, exterior obiurgatio imposta nondum p̄nitenti; sed ut tandem ad p̄nitentiam quasi cogeretur. Itaque, recte dixeris, exteriorē obiurgationi aliquid defuisse, priusquam adderetur interna p̄nitentia: nunquam enim sequuta fuisse absolutio. Sed adeo sufficientem interiorem p̄nitentiam; ut si fuisse prior, nunquam posterior addita fuisse exterior increpatio, id est, excommunicatio: adeo quum primum accessit, tum, apud la, effecit & superfluam increpationem.

XXXVII. Clichtheoues. Si impia sunt satisfactionum leges, cur præcepit Christus leproso mundato, Matt. 8. *Vade, ostende te sacerdoti, & offer munus tuum ad altare, quod præcepit Moyses in testimonium illis?* Vbi per ostensionem, confessio secreta; per oblationem, satisfactio mystice designatur.

XXXVIII. Primum, allegoria est: itaque nulla vis argumentationis. Vbi enim dixit, vbi innuit Scriptura, facto isto significari aliquid aliud? & hoc significari? An nos necesse est, quicquid cuiquam in mentem venerit, admittere proverbo Dei? Commenta hominum, nos sane solemus eadem facilitate contempnere, qua proferuntur. Sed hæc consideratio recurret olim in controversia de Confessione secreta.

XXXIX. Secundo igitur, si concessero typicum esse; tamen negauero, per oblationem significari vllā satisfactionem. Primum, quia nulla oblatio in lege Mosis erat instituta in pœnam, sed in typum. Secundo, quia Christus ipse quum præcepit mūdato, vt offerret, addidit causam, in testimonium illius. Maldonatus, *Sensus est, nemini quicquam dixeris, sed ostende te Sacerdoti, & offer munus tuum, quod præcepit Moïes, ut illi ipsi, qui maxime mihi aduersantur, primi meorum miraculorum testes sint, & proprio ipsorum testimonio eorum incredulitas arguatur.* Quid opus est igitur impetustiæ curiositati indulgere: & quum ipsum Christum habeamus testem sui consilii, eius tamen rationem petere à Clichthoueo, aur quoquam præterea? Nego igitur, vllam pœnam impositam leprolo post lanationem; aut quicquam vice pœnæ: nego, vllum in eo fuisse pœnat typum.

XL. Rursus Clichthoueus. Si impiæ sunt leges de satisfactionibus, cur post humilem sui criminis perpetrati confessionem, atq; remissionem, iussus est David per Gad Prophetam, 2. Sam. 24. extruere altare Domino in area Areunæ Iebusæ, & super illud offerre holocaustum, ad placandam diuinæ severitatis iram? Quid opus erat oblatione holocaustorum, & pacificorum post dimissum iam peccatum? Certe in satisfactione pœnæ.

XLI. Nil est nouæ difficultatis. Nam sacrificia nulla fuere olim pœnalia: sed duntaxat, vel propitiations, vel Eucharistia: illæ in purgationem culpe, hæ vero in gratiarum actionem de acceptis beneficis. Nunc vero Dauidi manifesta occasio fuit agendi gratias, ob cohabitam pestilentie vim immanem. Quare hec prænæ solutio ridiculum commentum est.

XLII. Neminem dubitare arbitror, inquit idem, beatum Petrum, quem conuersus Dominus respexit eum, veniam obtinuisse trinæ negotiis: & tamen continuo fleuit amare: Matt. 26. nec vno tantum aut altero die, sed quandiu ei fuit vita superstes, quoties gallicinium audiret.

XLIII. Et neminem ignorare credo, magnos esse fabularum architeclos l'apistas. Fleuisse Petrum audio ex Euangeliō: sed tota vita: sed quoties galli cantum audiret, addiderunt otiosi nugones, quibus nihil frequenter, nihil certius suis somniis. Mihi pro certo est, Petro restitutū gaudium verū, & solidum, quum sensus factus plenā indulgentia: quale gaudium Dauid postulabat, Psal. 51. *Auditui meo dabis gaudium, & latitiam: & exultabunt ossa mea humiliata.* Id est, inquit Bellarminus, quum me perfecte laueris, addes & hoc beneficium ut interiorē quadam gaudio, tanquam signo remisſe peccati me mirabiliter afficias.

XLIV. Veruntamen lacrymas esse, vel pœnas, vel vicarias pœnas, pœnarum non condonatarum, quum condonabatur culpa, nondum illus fuit, qui probaret. Fleuit olim Dauid, ne tamen commutata sunt pœnas, quas denuntiauerat Natan Propheta. Denique, fletus ad contritionem pertinet, non ad satisfactionem: quas has longe diuersas partes aduersari faciunt suæ pœnitentiae: cur nunc confundunt?

C A P . X I I I .

Rationes Papistice, pro satisfactionibus.

I. **A** Scripturis, ad Papistarum pergo rationes. In his vnam ex Bellarmiano, quamvis positam ab eo inter Scripturas. Si opera iustorum eam vim habent, ut vitam æternam vere & proprie mereantur, nullo modo negari potest, quin etiam efficacia esse possint ad satisfaciendum pro reatu pœnæ temporalis. Ratio consequentia: siquidem longe maius est gloria æterna, quam pœna temporalis semissio.

11. Sed hæc ratio quavis gluma leuior est. Nam primum, antecedens meram hæresin continet, pridem refutatam. Deinde, ne consequentia quidem est legitima: & refutatur à simili. Cur non enim dicat quis, opera iustorum, quia merentur vita æternam, posse etiam satisfacere reatu pœnitentiæ? Si enim proportionata sint vita æternæ, quæ opponitur pœnitentiæ: quandoquidem illa sit gratia, hæc peccati effectum: cur non proportionentur etiam pœnitentiæ? Et tamen antecedens vrgent aduersari, consequens negant. Deinde, quum fidem dicant, omnes idem, quibus satisfactiones placent, mereri vitam æternam (docuit Bellarminus, capite duodecimo secundi de pœnitentia, ex Augustino, mereri iustificationem) tamen adeo non patiuntur esse satisfactionem pœnarum temporaliuum, vt, ne numerent quidem in patribus pœnitentiæ. Vide Bellarmimum primi de pœnitentia capite quarto, & sexto.

III. Nec prodest ratio à maiori ad minus præfertim, quum ea ipsi Papi-
ste alias infirmum. Peltanus, sct 10. ad argum 8. *Argumenti huius infirmi-
tatis, inquit, quotidiana experientia clare demonstrant.* Non omnis qui donat e-
gium, statim quoq; donat frenū, ephippium, &c reliqua id genus ornamenta. Hec
Peltanus: nō ferens, si condonata sit æterna poenē multo maior: condonati
et temporalē multo minorē. Cur nunc Bellarmine concludet potius, si o-
pera mercatur vitam æternam satisfacere etiā pœnē temporali, q; minus?

pera mereantur vitam æternam, fatus facere etia pœnæ temporali, quod minus?

que sic in eodem genere , & ambo in eadem ratione imparia . Sic etsi minus sit , calcos confidere , quam hostiles exercitus profligare , tamen Iulius Cæsar hostes profligabat , nec calcos tamen conficiebat : sed idem , qui totas legiones fugabat , multo magis singulas cohortes . Sic etsi maius sit oratoris munus , quam poetæ , non tamen felicior poeta Cicero , quam orator . Atqui in argumento Bellarmini , mereri vitam æternam , & satisfacere poenis debitis , aut ego vehementer fallor , aut non sunt in eodem genere , nam , nec inerit , & satisfacit ; nec poena , & vita æterna , eiusdem sunt rationis . Denique , conclusio à maiori , verisimilior est , quam necessaria : alioquin omnes qui merentur vitam æternam , oportet poenis satisfacere : ac proinde nulla omnino esset plenaria remissio . Sed consequentiae firmitatem viderint . Pastor nobis certius negatur antecedens .

V. Salmeron fuit rationū pectus fertilius, tract. 24. Esto nobis hæc secunda, quæ illi prīma; sumta à iustitia diuina. Hæc exigit, vt non eadem ratione concilietur qui vi concupīcentiæ oppreslus, atq; ignorantia peccati detinebatur: atq; ille, qui post adeptā Christi gratiā, quæ infirmitatē & ignorantia tollit, relabitur iterū: hic n. magis est ingratius, ideo dutius tractādus, vindictaq; de eo lumenta, dū reconciliatur. Probatur, optimū, ex Michaele Psello, deinde, è Scripturis. Nā Dominus, seruū nescientē voluntatē Domini, & nō faciente, plagiis vapulaturū paucis, ait: at, qui sciuerit, & non perficerit, vapulaturū multis, Luc. r. Et inde factū, vt Angeli delictū insanabile sit: hominis vero, quia serpente sollicitante, admisū, curatione dignū fuerit. Iā, qui ante Baptismū delinquit, per ignorantia, & fragilitatem in peccata prolabuntur, qui vero post Baptismū, suscepit lumine fidic contra iustitiā & auxilio diuinæ gratiæ contra infirmitatem, peccant, neq; ignorantia, neque imbecillitatis prætextum habere possunt.

VI. Hunc informem Salmeronis fœtum, formabo ego perspicuitatis causa. Quicunq; durius reconciliandus est Deo, is debet satisfacere pœnae temporali retenente post remissionem culpe. At, quicunque peccat post Baptismū, durius reconciliandus est Deo. Ergo quicunque peccat post Baptismū, debet satisfacere pœna temporali. Probatur minor. Quicunque peccat, ita ut nullum habeat prætextum ignorantie, & infirmitatis, is, is durius reconciliandus, quam cui is prætextus est. At quicunque post Baptismum peccat, nullum prætextum habet ignorantie & infirmitatis, quem habet, qui peccat ante Baptismum. Ergo ille durius est reconciliandus. Probatur maior, à natura iustitiae, & autoritate Pselli ac Scripturæ.

VII. Respondeo; distinguedum, quid sit satisfacere poenæ retenta. Vel in patiendo, vel cōpensando. Nam, quāuis alias distinguant Sophistæ, inter satisfactionem, & satisfactionem, tamen & mala mens, malus animus, nihil nisi fraudes, & imposturas cogitat: & nos semper oportet ab imposturis, & fraudib. cauere. Satisfaciē debere, priori modo potest concedi, si concedatur, tenueri aliquas poenas: sic n. Dauidē oportuit, & videre mortem infantulū, & pati rebellionē Absalom. Sed primum, hoc de genere satisfactionis nulla nunc disputatio est, deinde, nego propter durius quemquam reconciliari: quia huiusmodi poenæ (quas diximus impropter poenas esse) non pertinent ad reconciliationem, sed ad *moraliam*: qua reconciliationi succedit; & pertinet ad cautelā, in futurū quū reconciliationis p̄petet potius praterit. Dicendum ergo fuerat, durius erudiendum esse: ut nihil foret absurdum, non enim dissentiant, durities, & eruditio: sed durius reconciliandum, ferri nequit in Deo.

VIII. Enimvero ipsa reconciliatio est remissio peccati: teste Paulo, poster. ad Cor 5 Mundum reconcilians sibi, non imputans eis peccata iporum. Haec au- tem remissio, vel ad culpam pertinet, vel etiam ad poenam. Si ad poenam, er- go retentio peccata non pertinebit ad reconciliationem: quia opposita sunt, retentio, & remissio. Sin ad culpam: hanc praetendere docent Papistæ: qui te- nentem poenæ definiunt post remissionem culpam: rursus ergo retentio poe- na, quia non pertinet ad remissionem culpæ, ne ad reconciliationem qui- dem pertinebit.

IX. Et sane reconciliationem Scriptura semper tribuit morti Christi, nullam vñquam alij rei. Ad Rom. 5. *Quin inimici essemus, reconciliati sumus Deo per mortem Filii.* Ad Ephel. 2. *Et virosque in uno corpore reconciliavit Deo per crucem.* Ad Colos. 1. *Pace per sanguinem crucis eius facta est, per eum reconciliare omnia sibi.*

X. Quod si satisfactionem ponas in compensando, quo sensu nunc latis-
factionem dicimus, primum, similis erit ratio: hanc enim posteriorem esse
oportet reconciliatione: quia succedere ipsi retentioni pœnae: ast hanc do-
cuitus posteriorem reconciliatione: longe ergo, hac reconciliatione poste-
riorem ipsam satisfactionem necesse est. Quod docet etiam Bellarminus,
e. i. lib. 4. de penitentia, *Satisfactione hominis erga Deum, acceptatione ipsius Dei*
necessario indiget: acceptatio autem amicitiam presupponit. Si amicitiam, in qua,
ergo & reconciliationem. Et vero Paulus ad Rom. 5. Quum inimici essemus,
reconciliati fuimus. At satisficeri possit ne Papista quidem singunt, nisi ab his
qui iam sunt amici. Ergo satisfactionem oportet post fieri, quam reconciliatio
facta sit. Quare, ne haec quidem satisfactione, si vlla esset, duriorē effice-
re posset reconciliationem. Confirmatur, quia diserte Bellarminus eodem
*illo loco, *Quum homines peccant in Deum, amicitiam simul & iustitiam vio-*lant: at pro amicitia quidem reformata, non potest homo Deo satisfacere. Et post
Non igitur fieri potest, ut pro instauranda amicitia cum Deo homines satis-
ficiant.*

XI. Secundo, negatur minor eiusdem prioris Syllogismi; nempe, eos qui post Baptismum peccant, esse durius reconciliando Deo Contra enim Paulus, ad Rom. 5. Si quum inimici essemus, reconciliatus sumus Deo, per mortem Filiij eius, multo magis reconciliari seruabimur per vitam ipsius. Vbi certum est loqui Paulum de prima illa reconciliatione (quando Papistas placuit reconciliationes multiplicate secundum perccatorum numerum.) Vnde constat, quicquid post eam superest, esse facilius: & nos necessario erimus illam reconciliationem (si quae tamen alia est) peccantium post Baptismum, esse facilior. Alioquin ineptum foret argumentum, non à maiore ad minus, sed à minori ad maius. Et verò si durior reconciliatio, difficultior spes salutis: quod Paulus negat, asserens, multo magis futura est.

XII. In prolylogisatio, primam negatur maior, quæ ponit dux us
reconciliandum, qui peccet absque prætextu ignorantie, & infirmitatis
Nam Petrus, qui ter peccauit post Baptismum, ideoque, si credimus Salme-
toni, citra illum eiusmodi prætextum, tamen non fuit durius reconciliatus,

caius satisfactio nulla legitur. Nec Iohannes quicquam difficultatis expref-
sit, quem dixit, *Si quis peccarit, aduocatum habemus apud Patrem, Iesum Christum nostrum: & ipse est propitiatio pro peccatis nostris:* prima secundo. Nec ex
perientia aliter testatur: nam profecto, si qua durities est reconciliacionis
eam oportet esse in penitentia potius, quam in satisfactione, quam nemo sub-
stituit, nisi ad minuendas penas. Atqui non video, qui reconciliantur post
Baptismum, magis obnoxios esse morti, morbis, egestati, bellis & reliquis
eiusmodi penis, quam qui in ipso Baptismo peccata exsunt. Quod si legi-
tima est consequentia ab his penis in hac vita, ad alias in purgatorio. Ta-
ceo reliqua: nemo est enim qui non facile coniciat.

XIII. Nec obstat natura iustitia. Nam quid ad reconciliationem iustitia quum fiat illa per misericordiam. Recte dicat, ex formula iustitia, qui cuncte peccat absque ullo praetextu ignorantiae, aut infirmitatis, durius puniendum: sed durius reconciliandum, nunquam iustitia dicet. Omnia. Si Deus in nos exerat iustitiam suam, tum profecto non temporales qualitera pœnas, pœnæ univæ quisquiliæ exigemur: sed periuimus funditus. Iustitia enim exercenda ad præscriptum legis: hæc autem nulli delicto impunitas folias temporales pœnas, sed omnib. æternas: diserte maledictum pronuntians, qui non permanescit in omnibus.

XIV. Illud Lucæ 12. non ad reconciliationem spectat, sed ad punitionem neque enim opinor, *διεργον*, reconciliari significat. Sed simile est illi ex decimo, *Tyri, & Sidonis tolerabilius erit conditio in iudicio quam vestra.* Vbi non habuit in animo Dominus, Corazin, & Betfaida futuras in damnatione; at Tiro, & Sydoni condonatum iri: imo neque Tyro, & Sydoni condonatum iri mollius, reliquis durius: sed omnes futuras in damnatione, has tameni mitiore. Inde Basilius, in regulis brevioribus, ad interrogat. 167. *εἰδέσθαι τὸν πόλεμον τοῦ θεοῦ*: *πολέμος τοῦ θεοῦ* δίκαιας, κατὰ τὸν αὐτοφρούρων δῆμον, *Scendum, illud cedetur multis, cedetur paucis, non sicut designata, sed diversitatem vultus.* statim explicans, posse in æterno supplicio inteniores esse, remissioresque poenas. Itaque Toletus ait, distingui duo genera seruorum infidelium: arqui, opinor, nullis infidelibus venia est: Maldonatus, *Futurum in altera vita supplicium plagarum nomine declarat.*

XV. Peccati Angelorum, & hominum comparatio, primum aliena est; non enim qui peccat alieno impulsu, propterea ignorans peccat, aut infirmus. Præterea, nulquam Scriptura docuit, ideo sanabile esse hominis peccatum, quia admissum ex impulsu alieno: sed tantum, quia sic Deo complacitum. Et vero, quæ cœla est damnandi infantes, si non tantum curabile, sed etiam curatione dignum peccatum est. Enim uero, si curatione dignū, quantum abest ab iniusto Deus, qui non omnes homines curet: aut saltem omnes infantes, quorum nulla ea state propria est voluntas?

XVI. Pselli autoritatem tanti facimus, quanti ipsorum Papistarum: hominis sero tandem nati, & corruptissimis Ecclesia temporibus: quiq[ue] adeo indignissime Psalmo abutitur 32. *Nisi in diluvio aquarum multarum ad eum non approximabunt: quasi sensus esset, non obtineri remissionem, nisi tanta fuerint lacrymae, ut per eas nostra iniquitates obriantur.* Perversissime. Nam & inundatio aquarum non significat lacrymas, sed afflictiones plurimas: & Hebraice illud, *approximabunt*, ad aquas referunt, ut notat Bellarmine, ut sensus sit, ad eum, cui remissa fuerint peccata, non accessuras, quancumuis impotenter sequentes afflictiones. Et quamquam Augustinus, paucique alij interpretati sunt, non accessuros ad Deum impios, tamen inundatio aquarum illis fuit magnitudo malorum inundantium superimpios. Psello igitur, *m[isericordia] tu[ra] i[n]fusca*. Quenquam fore obruerre peccata, ne Psello quidem fuerit satisfacere: sed emendate, habitu mortato.

XVII. Rursus, negatur eiuldem pro syllogismi assumptio. Nam multis, imo omnibus fidelibus peccantibus, is non praetextus est, sed vera causa peccandi, vel infirmitas, vel ignorantia. Probaturex Paulus, qui dicebat facere malum quod vollet: non facere bonum quod veler. Etenim, quomodo potest quisquam hoc intelligere, si omnis amouetur praetextus, aut ignorantiae, aut infirmitatis? Nam, hoc ablato, restat profecto, ut sciens, peccari: & qui sic peccat, quomodo dicet nolle malum, velle bonum?

XVII. Tum a. post Baptisnum, cui negat, ignorantiam dari, qui fidem implicitam defensat? Nam haec, non ipsa perita est, sed peritioribus innitur, & vt vulgo Papisticum prouerbiu[m] est, fidei Curati. Cur, inquam, negant, quilegunt apud Paulum 5. ad Hebr. *Vos enim, quos oportuit pro tempore ratione doctores esse, rursum opus est doceri, quo sine elementa initij eloquiorum Dei: factis, estis ip[s]i, quibus laetare sit opus, & non solidi cibo.* Nam hi, opinor, non erant in non baptizatis. Rutilus, cur negant infirmitatem qui audiunt, ad Rom. 14. *Eum vero, qui in fida est infirmus, assimile, prior ad Cor. 8. Videat, ne cum modo sarcinas illas respondeat, & dicat se iniqui infirmus;*

XIX. Verum, inquit, qui baptizati sunt, acceperunt lumen fidei contra ignorantium, & auxilium diuine gratiae contra infirmitatem. Ita est, inquam, sed ad mentem: non vero perfecte. Itaque non sic ut pellatur omnino, aut inficitur aut infirmitas: quod illi cerre non debent negare, qui fidem implicitam non admittunt tantum, sed etiam laudant.

XX. Rursum ille; pro ignorantib; nō haberi, qui iure debebant & poterat
scire: non pro infirmis, qui debebant; ac poterant infirmitatem suā vincere.
XVI. Atque rix traquili locutus est: si quis. Secundum. Non
poterit. Tertium. Non poterit.

XXI. Atqui vix vaquam loquitus est ineptius Salmero. Nam, quod debere scire dixit, & vincere in firmitate; vniuersale est omnibus omnino hominibus, etiam ante Baptismum. Nam, si non debent, quomodo peccant? Peccant autem: ergo debent, & scire, & vincere infirmitatem. Itaque, et si ramen debeant, non tamen sequitur, aut nullos esse ignaros, aut non habere

XXII, Ad alterum quod attinet, posse scire, posse vincere infirmitatem: interrogo, quo sensu dicat, compositione, an diuisio. Nam, si composito, quid absurdius, ut possit quis scire, tum quum nesciat: posse vincere infirmitatem, tum quum sit infirmus. Etenim contradicatio in obiecto: quasi dicat, tum scire, quum nesciat, tum non esse infirmum, quum sit infirmus: igitur in sensu diuisio? Optime: qui enim hodie nescit, cras poterit scire; & qui heri infirmus erat, hodie robustus factus est. Sed hoc quid ad rem? Nam hic sensus & que baptizandos comprehendit. Deinde nostram disputationem esse oportet, non de eo quod futurum est; sed quod praesens. Itaque, nihil obstat, quominus baptizari & fieri, & habeantur imperiti, infirmique: saltem, secundum quid: et si aliquis peritores, firmioresque infidelibus.

DE SATISFACTIONIBVS PROPRIIS.

XXIII. Alphonsus de Castro, huic arguento, à iustitia, aliud addit à clementia, quod nobis esto tertium: nam nec Salmeroni displicuit. Diuinā, inquit, clementiam docet, ne ita nobis absque illa satisfactione peccata dimittantur, vt occasione accepta, leuiora, putantes, velut iniurijs, & contumeliosi Spiritui sancto, in grauiora labamur, thesaurizantes nobis iram in die irae. Proculdubio enim magnopere à peccato euocant, & quasi frēno quodam coercent hā satisfactionē pēnae.

XXIV. Respondeo; primum, constare Deo sui facti rationem altorem omni humana ratione: indignum esse eius maiestate, quum concluditur, aliquid facere debere, quia iustum, decensque: quum potius ideo sit iustum decensque, quia Deus faciat. Itaq; has omnes conjecturas, alienas esse a lana Theologia, quæ non in Dei opera, institutave didicunt inquirere, sed hominum placita examinare. Secundo, concedo, Deum ita nobis dimittere peccata, vt tamen occasionem nullam relinquat iniuriatum in Spiritū Sanctū. Nam, iis qui sic iniurijs sunt, non dimittit peccata: quibus dimittit, ij non sunt iniurijs: quia ipsa illo Spiritu aguntur. Vnde Iohannes dicebat, eos qui nati sunt ex Deo, non modo non peccare, sed ne posse quidem: quod alias explicatum est.

XXV. Has vero satisfactorias pēnas magnopere à peccato reuocare, primo eti concedendum esset, tamen inducendas negarem: quia Deus non induxit. Quid enim: si persuadeas nullam esse spem veniae relabentibus in peccata post baptismum: nullamne putas in eo vim futuram ad cohibenda peccata? Imo hic erat Nouati anorum prætextus? An propterea sic persuadenda Ecclesia? Minime gentium: quia contra Deus vtrumque; & non negari iteratam veniam, & tamen absterrere homines à peccato, voluit.

XXVI. Quanquam magnopere coerceri peccata his satisfactoris pēnis, quomodo verum sit non video. Scio id esse homini ingenium, vt abutatur facilitate venia: sed hanc vicissim consistere certum, non tantum quum nullæ exiguntur pēnae: sed etiam, quam leuissimæ. Sic liberi, non tantum in sceleris ruunt, quā nullo modo corripiuntur à parentibus, sed etiam filii Heli Sacerdotis non audierunt vocem patris sui: nihil nisi dicentes, & nimis moliter dicentis. *Quare facitis res huiusmodi? Nolite filii mei.* 1. Sam. 1.

XXVII. Quid porro leuius? Leuius dico? Quid magis ridiculum his plerisque satisfactoris pēnis, iis, inquam, pro quibus nunc pugnatur? Causa putes, seueram illam tristemq; disciplinam veterem agi, quæ in septennia, in decennia satisfactionem/satisfactionem enim appellabant publicam pēnitentiam, vnde nostris Simiis occasio ludendi, imo illudendi) prorogabat. Abiit illa iampridem in frigidas speculations: & vnum habent residuum, fuere Adeo alios mores, alia postulauitatis. Quid ergo? Nimirum ingeniosi, subtilitas malacissimū peccatores variis artibus, & momentis. Primo, maturandum fuit absolutionis tempus: quum enim nulla esset olim ante expletum pēnitentia legitimum tempus; nunc pēnitentiam absolutio praeuerit. Secundo, quum nullæ essent nisi peccatoribus propriæ, persualum oportuit satisficeri posse qua per se, qua per interpositas personas. Neque fuit satis: prioris generis satisfactiones oportuit magis; magisque minui. Ieiunia olim erant; nunc discrimina ciborum. Ieiunia producebantur ad vesperam: hodie ad meridiem si perueniatur magnum est ingensque facinus: itaque etiam curiatum, non mittit meritum suum.

XXVIII. Quid omnia perfecuar? Vnum non præteribo, quod habes notatum ad finem operum Petri Damiani in Bibliotheca Patrum, edita anno superioris seculi 89. Petrus ille Damiani sibi ob dimissos Episcopatus profitteretur in iunctam centum annorum pēnitentiam. Pap! Centum annorum! An quia post obitum pēnitentia? Minime. Patienter ergo audire, & videre, cuiusmodi Geometriae vñs sit in Papismo: & quā arte deueniatur ad minimos proportionis terminos. Tria (iniqui, & quidem ipso illo Petrō auctore) coparum millia vnum annum pēnitentiae regulariter explet. Decē Psalmorum modulatio, mi le scopas admittit. Hęc principia: quia in demostribilia Nam & annos pēnitentiae, itidem inuenias in Scripturis, vt in Sylvis Delphinos: & scopæ aut in Scripturis, aut in veteri Ecclesia totidē, quo in ouo pila. Sed definitiones ne, an communes notiones? Neutrū puto. *Aitnūq; amptius.* Nam sua vt Mathematicis, sic tyrannis. Plutarchus esse dicer. Bene est, lacta fundamenta sunt futura demonstrationis. Pergamus bonis aibus. Psalterium centum, quinquaginta Psalmos habet. Ergo, inquit, quinque, quoniam apotropo pēnitentia in vnius Psalterij pēnitentia recte supputantib. inuenitur Optime. Ergo si quinques vices faciunt centum, consequitur, vt qui viginti Psalteria cum disciplina decantat, centum annorum pēnitentiam se peregrisse cōfidat. *Olivencia: iuv. nra.* Bene: bene: optime. Nam facilis demonstratio Euclidem non ignoranti. *Quia n. vnu annus æquat scopas ter mille: multiplicando vtrumq; in quinq; fiunt anni quinq; & scopæ decies quinque mille.* Et per propositionē decimā septimam *Seprimi*, proportionales a numeri: vt vnu annus ad quinque, sic ter mille scopas, ad decies quinque mille. Itaque per decimam nonam eiusdem, vnu annus multiplicatus in decies quinque mille scopas, & quat quinq; annos multiplicatos inter mille scopas. Iterum multiplicando quinq; tum decies quinque mille, in viginti, fiunt centum, & trecenta milia. Et vt prius erunt, vt quinq; anni ad decies quinque mille scopas, ita centum anni, ac trecenta milia scoparum. Et *en'z* per decimam tertiam, vt quinque anni ad cētum annos, ita decies quinque mille scopas, ad trecentena milia scoparum. Atqui erat vt vnu annus ad quinque anni os, i. tria milia scoparum, ad dena quinta milia. Ergo per decimam quartam eiusdem *n. u. d.*, vt vnu annus ad centum, sic tria scoparum milia, ad ternū centenū millia. Ideoq; vt prius, per decima in nonam, vnu annus multiplicatus in ecentena millia, & quat cētum annos multiplicatos in triamillia. *V. en'*, vt quadrant omnia? Nunquā Pythagoræ successit melius suū illud *z. p.* de q; adratis ex lateribus Trianguli, Orthogoni: nunquam Archimed. Iuu de cōtra Hieronis problema. En quanti sit: en cetero quanti esse debeat Euclides in religione Papistica. Faciū male, quum eius libros & que cum Maccabaeis Synodus Tridentina non retulit in Canone. Potuisse meliori iure: quum in his mendacia aut sint nonnulla, aut appareant ast in Euclide perpetua constansq; veritas. Videbit altera Synodus: si alterius Synodi spes illa Papista. Sed non absolvit Damianus. Ego perficiam. Atqui, vt videatur, possunt singulis hebdomadas singula Psalteria decantari. Sic poterit annorum centum pēnitentia contrahi in viginti hebdomadas, siue menses quinque. *O. m. e. a. l. o. clementia Geometriae l. Geometria Clementiam.*

XXIX. Sed vt clementiam adorem, potius quam exagitem, non video ego quidē, quæ quanta ratio sit, absterrendi homines à peccatis, quum quotidie nouis inuentis amplificantur satisfaciendi rationes; & minuantur operum satisfacientium labores. Oblatis dispensationibus, indulgentiis taxa Cancellariae. Imo mirer, quomodo non omnes eius imitantur exemplū, qui, quod nummis taxata esent *p. a. i. o. u. g. m.*, marsupium plenum habeat tecum, quod cēdundis ohuiis exinaniret: Et vero docet experientia, quanto sanctiores sint Papistæ alii. Certe qui dies carnisprium antecedunt, quib. ab viuera Ecclesia Romana, prorsus exultat modestia, temperantiaque, geniuinus, germanusque fructus est, infinitæ huius sapientiae. Manifestum est enim tanto audacius tum laxari frēna petulantie, quanto certius persuasum quadraginta dierum abstinentia, quicquid erit admissum, purgatum iri.

XXX. At Scriptura tetrica illa & immritis, quum frequentissima sit in deterrendis hominibus ab omni genere peccatorum: tum vero nunquam satisfactionis vilius meminit: sed seueræ punitionis. & quidem aeterna. Matth. 3. *Omnis arbor non ferens fructum bonum exciditur & in ignem abiicitur.* Quinto, *S. sal in fatuatus fuerit, quo salietur: ad nibil valet amplius, nisi scit abicitur foras, & conculetur à quibus suis.* Prior, ad Corinth. 6. *An ignoratis inimicis non esse Dei hereditatem possessuros?* Ne errate: neque scortatores, neque idololatri, neque mæchi, neque molles, neque qui concubunt cum masculis, neque fures, neque auari, neque coniuratores, neque rapaces, regni Dei hereditatem possidebunt. Ad Ephel. 5. *Scortatio vero, & omnis impunitas, aut auaritia, ne nominatur quidem inter vos, sicut decet sanctos, & obsecritas, & flultiloquiup, & dicacitas: quæ non conueniunt: sed potius gratiarum actio.* Nam hoc nostis, nullum scortatum, aut impurum, aut auarum, qui est idololatra, habere hereditatem in regno Christi, & Dei. Nec quisquam vos seducat in anibus sermonibus: propter hac enim venit ira Dei in homines consumaces. Deniq; nam omnia quorsum colligantur. Matth. 5. *Esto amicus aduersario tuo cito, dum es in via cum eoste quando te tradat aduersarius iudici, & index te tradat ministro, & in custodium coniiciaris.* Amen dico tibi, nequamnam exibis illinc, usque dum reddideris ultimam quadrantem. Hæc in scripturis frequentissima. Iliaies ieiuniorum, (coparum, psalteriorum, siue annuas, siue menstruas satisfactiones, quis vidit, audiuit?

XXXI. Nec tamen Naziazeno contradixit, apud quem legit Salmo oratione funebri in Patrem, *Θεός ἐνδικήσω καὶ εἰρήνη ἔχειται οὐ πολλαθεῖται εἰς τὸ δωμάτιον τοῦ στόλου τοῦ προσώπου, ἀλλὰ οὐ μέντην τούτῳ χρηστεῖται, οὐ μὲν λεπτούντι καὶ εὔστολῳ:* Deus ultionum est Dominus: qui licet ob clementiam & seueritate ad remissionem inclinare consueverit, tamen non omnino ignorat, ne benignitate deteriores siant. Nam & intelligi debet de diuersis: nempe, vt non usquequa condonet peccata Deus, quia plurimis nulla remittat. Et vero aliud est, longe aliud, Utum ipsum non omnino ignorare, aliud, ipsum sibi hominem satisfactionem imponere: imo satisfactionis cōdūctus, & operiuncularum quisquias Deo offeso obiicere. Nam hæc satisfactionum adiumento, non pēnas dat Deo, sed sibi igit: si tamen etiam sibi ipsi dent pēnas, qui nihil non agunt, vt sue mollitie pēnas accommodent, & illud vñs comprehendent, quod alicubi dixit Hieronymus, Neminem à seipso fortiter laidi.

XXXII. Quartæ rationis artificium ingenuæ fateor vix accipere. Itaque describam verbatim. Per satisfactiones, quibus propter peccata plectimur, persentimimus, atque experimur, quoad licet, Christi passionem, quam pro nostris peccatis pertulit: illiq; conformamur: ablata vero confessione, atque satisfactione, fructu tanto, ac tanti momenti priuaremur. Deus igitur ita pactum nobilicū statuit in Sacramento pēnitentia, vt hanc occasionem nobis gustandi mortem Christi, illique compatiendi à nobis non adimeret: qui ita sumus natura comparati, vt nonnisi necessitate quadam ad patendum trahamur, atque ad crucem amplectendam compellamur. Salmo breuiss, & rāmen forte clariss. Dum satisfaciendo patimur pro peccatis, Christo Iesu, qui pro peccatis nostris satisfecit, ex quo omnis nostra sufficiencia est, conformes efficimur, certissimam quoque atram habentes, quod si compatimur, & conglorificabimur. Sic concipere conatus sum. Viderint alij an melius. Quicunque debent esse conformes Christo: satisfacere debent pro suis peccatis Deo. At fideles oportet esse conformes Christo. Ergo & satisfacere.

XXXIII. Respondeo negari maiorem. Nam conformes Christo fideles, bifariam in Scriptura dici, & vtrumque absque illa pro peccatis satisfactione. Primo mortuo peccatis: 6 ad Rom. *An ignoratis, nos, quotquot baptizati sumus in Christum Iesum, in mortem eis esse baptizatos? Sepulti sumus igitur vna cum eo per Baptismum in mortem: ut sicut suscitatus est Christus ex mortuis in gloriam Patri, ita & nos in noua vita ambulemus: nam si cum eo complantati coaluimus conformatio mortis eis, nimirum etiam resurrectionis conformatio coalescemos.* In Baptismo igitur conformes efficimur morti Christi, siue, vt illorum utrverbis persentimimus, atq; experimur mortem eius. Si tamen in Baptismo nemo satisfacit pro suis peccatis, vel ipsis Papistis testibus, qui docent in eo fieri, non dimidiata illam, & mutilam, sed integrā & perfectā mortis Christi applicationem, adeoque plenam remissionem, tum culpæ, tum pēnae: cur sit ergo necesse eos satisfacere pro peccatis, qui sunt conformes morti Christi.

XXXIV. Secundo, conformes dixit Paulus 8. ad Rom. *Quos pranouit, etiā prædestinavit, conformando imagini Filij sui.* Quam quidem conformitatem varie varij explicant: alij in hac vita, alij in futura, ex Iohanne afferente, nos illi similes furiosi in gloria, primæ tertio: sicut & Paulus dixit, ad Philipp. 3. *Transformabit corpus nostrum humili, ut conforme fiat corpori eius glorioſo.* Qui in vita prætent, alij, psalm adoptionem malunt: neimpe vt & ille sit Filius, & fideles item filij. Alij sanctitatem vita: per quam Christo similes reddimur, quum eius virtutes imitamur. Nos malum aduersorum tolerantia, vt referatur ad id quod præcessit, *Si filij, etiam hæredes: hæredes quidem Dei, cohæredes a. Christi: si modo simul etiam cū eo patimur, ut simul etiā cū eo glorificemur.* Hoc enim agit Paulus, vt doceat, nullas posse aduersitates officere saluti.

XXXV. Quæcumque autem præualeat harum expositionum, satisfactione. Neque enim satisfactio est gloria, quam speramus futuram: neque adeo insaniunt Papistæ, vt afferant contra. Ne adoptio quidem: non enim est opus nostrum: multo minus pēna, aut aeterna, aut etiam temporalis. Nec sanctitas etiam, quæ est habitus nobis infusus. Non deniq; afflictiones, quæ relationem habent ad gloriam aeternā, tanquā suū finem, vt expressit Paulus, *ut simul etiā cum eo glorificemur, vt sit, inquit Iustinianus, veluti conditio postienda*

potiendo hereditatis. Si conditio ad hereditatem, id est, ad gloriam: ergo non satisfactio peccatorum: nam ne Papistæ quidem concedant utrumque simul: apud quos alius ordo est satisfactionum, alias meritorum.

XXXVI. Breuiter: bis mentiti sunt aduersarij: semel quum dixerunt, per eas satisfactiones nos fieri conformes Christo, quod neque est, neque esse potest: non est, quia nemo satisfacere potest Deo: non potest esse, quia nulla conformitas inter eum qui patitur pro suis peccatis, quod nos facimus: & eum qui pro alienis, quod Christus fecit. Quanquam absurde ille dicitur pati pro suis peccatis, qui sibi ipsius se iudicem constituit, & sibi pro arbitrio penas definit. Secundo, quum dixerunt, ablata confessione, satisfactione, priuari nos tanto bono, quantum est fieri conformes Christo: quandoquidem etiam ablata vtraque, non tamen in baptismo non conformemur Christo.

XXXVII. Quinta ratio o hac esto, distracta apud Salmeronem in duas, vna de deformitate, alteram de odio peccati. Mihi placet connectere, quia recta, ex deformitate cognita, odium est. Præbetur per penitentias maxima occasio malitiam, atque deformitatem peccatorum agnoscendi: quia quo magis pro eo affligimur, eo amplius quam sit foedum, deformis, ac detestandum, intelligere possumus, nisi cæci esse velimus. Ita ergo pacisci nobiscum Christus debuit, ut hunc tantum fructum assequeremur. Ex eadem satisfactioni obligatione maius peccati odium concipimus, ad illudque declinandum maiorique virtute expugnandum armamur. Ad maiorem ergo futuri peccati cautelam, debebat Dominus satisfactionis medicinam constitueri.

XXXVIII. Respondeo: prophanum esse, & auribus Christianis insolens, Christi leges præscribere actionum, & nos vermiculos, non homines tam confidenter ex ratione definitionibus nostris definire, quid ille debeat, necne. Longe reuerentior nostra simplicitas, que maiestatem adorans *τε μορόγονος*, non instituisse Christum, quod fieri oportebat: sed oportere fieri, quod ille instituit, habet persuasissimum. Verum Sophistis aliae sunt leges, alijs mores: nobis sane horrentibus, potius quam inuidentibus.

XXXIX. Sed primum, negatur consequentia: non enim ea omnia necessaria est institui, qua possunt utilia esse, sed ea duntaxat, sine quibus ea non potest utilitas haberri. Nam in iis que duntaxat utilia, varia esse potest institutionis voluntas; ut hoc seponat, illud omittat. Sic, initio mundi, potuit utilitatem esse: propagando generi humano, multos viros, multisque mulieres creare, sicut forte factum in brutis. At non factum tamen. Cur? nempe quia non fuit Deo volente. Nam vero hanc solam rationem esse concipienda deformatum, aut odij aduersus peccatum, abhorret à vero: neque credo haec tenus assertum aduersariis. Ergo, vel institutam concludi non potest: vel instituti voluisse Christum, erat probandum: quod Sophistæ nequeunt. Nobis contra, si insaniare libeat, non deerit subtilitas, frustra fieri per plura, quod possit per pauciora. Quum igitur possit per solam Christi satisfactionem deleri peccati pena, que ac culpa, teste baptismo, frustra inducis satisfactionum humanum *περιστατηκατα*.

XL. Secundo, has ipsas satisfactionum quisquilias esse utiles in eum finem, omnium est humanum, nunquam è Scripturis haustum. Nam in Scripturis quidem penas inuenimus subinde obiectas, mouendis mortaliū mentibus in odium, detestationemque, ac fugam peccati: & eas quidem penas partim temporales, partim æternas, & has præcipue: sed penarum satisfactiones nunquam, id est, pro penis diuinis decretis, penas arbitriarias, penas successivas. Sed & experientia testatur, has in oppositum potius redire: neque enim qui præterito anno grauissimas illas, scilicet, penas dedit quadraginta, post lentiō fuit in Venerem, aut ad furtum fegior, aut ad bacchanales intemperies tristior. Denique, ratio patrocinatur, quam paulo ante expressi, tanto minus peccatum odio haberi, quanto est eius facilior redemptio.

XLI. Sexta ratio. Peccatum admissum quasdam sui reliquias in anima impressas dimittit, & quedam veluti vestigia, quæ remissio peccato remaneat: confer autem ad illas reliquias abolendas ex caritate satisfactione, & aetius illis contrarios exercere: Ergo Deus, pro sua sapientia, ad hoc quoque commodum assequendum, instituit satisfactionem.

XLII. Negatur consequentia: nam, si Deus instituisset, ergo id aliquo verbo esset testatus. Deinde negatur in antecedente, has satisfactiones conferre ad illas peccati reliquias delendas. Hæc enim reliquæ, vel culpe sunt, vel penæ. Culparum gratia has satisfactiones institutas negant aduersarij, quas tolli volunt per remissionem. Quod autem dicitur de actibus contrariis, absurdum est: quia hi actus non tollunt habitum oppositum: nam ne habitum quidem suum inducunt: hic enim infunditur per gratiam. Sic ambulatio non aufert crutis luxationem: sed hæc sanata inducit ambulationem.

XLIII. Quod attinet ad alterum genus reliquiarum, id est, penas, repetenda distinctio est: vel penas esse tantum punientes: & has nullas esse post condonationem peccati: id est, satisfactionem nullam admittere: vel crudientes: & has neque ipsas satisfactione Deo pro peccatis præteritis: sed cauere tantum futura: neque permutari posse: ac proinde ne satisfactiones quidem admittere, sed tantum satisfactionem.

XLIV. Septima ratio. Confer quoque satisfactione ad exemplum proximo præbendum in ferenda cruce, & ad tollendum ab eo scandalum, si forte nostro peccato fuit offensus. Deus igitur, qui hanc vilitatem prævidit, ad eam quoque obtainendam, satisfactionem instituere voluit.

XLV. Respondeo: primum, negari antecedens. Nam satisfactione, quam oppugnamus, instituta est, ut Deo satisfiat: ita enim ruit status questionis, & ipsorum Papistarum definitio, non ut hominibus aut satisfiat, aut exempla præbeantur. Alioquin concedimus, penas istis temporalibus, quas ab initio exigi concessimus, hanc utilitatem inesse, nec exigua, nec negligenda: siue Deus exigit, siue Ecclesia imponat: quanquam hæc nullas imponat, nisi ante condonationem peccati: sed nunc non intereft. Veruntamen harum penarum, & illius satisfactionis duo sunt discrimina. Vnū, quod satisfactione Papistæ dicunt esse in penis vicariis, id est, quæ sint pro alijs penis: quum illæ penæ non sint vicariæ: neque enim passus Deus, Davidem pro morte filii substituere facit, & cinerem, & icinum: sed omnino voluit infante mori. Neque incestus Corintius potuit efficere, ut non separaretur ab Ecclesia, quamdiu Paulus non remisit hanc penam. Alterum discriminem: quod satisfactione, non tantum sit vicaria, sed etiam arbitria: at penæ illæ certæ, necessarioque subiecta peccatori, siue eas Deus imponat, siue Ecclesia. Nam & Dei voluntatem oportet implevit: & Ecclesiæ siue sunt leges, quibus conti-

netur disciplina. Potest addi tertium caput: quod hæc penæ nunquam sint ridicula: quales plerique apud Papistæ satisfactiones, ex precularum numero, ex distinctione ciborum, ex vestium formis, & similibus nugis.

XLVI. Præterea hoc quicquid est vilitatis, satisfactionibus accidentarium est: itaque non omnibus commune. Nam ex sole, si forte id assequatur, quæ publicæ: cuiusmodi olim fuit austera disciplina, ut tota plebe spectante sua penitentia peccator defungeretur. At secreta penitentia nullus talis vltus: quam nemo nouit, nisi qui pendit: cuiusmodi ferme omnes sunt hodie inter Papistæ: qui soli sacrificulo confessi, solo eodem conscientia penarum impositarum, abeunt, & securi sperant se Deo satisfaciuros. Tum a crucis toleranda, quodnam exemplum præbere potest, in quo nulla crux est: Nam crucem appellari voluntariam, & arbitriam, nullus vltus est. Nos igitur, quum maxime concedimus, & ptoximo præbenda exempla bona: & scandulum etiam tollendum: tamen negamus tum maxime vilas unquam satisfactiones Papisticas à Deo esse institutas: vilas unquam ab hominibus fuisse instituendas.

XLVII. Octaua ratio. Quum satisfactione in caritate fieri debeat, & consequenter satisfactiones mereantur apud Deum: at nos satisfactionis merita, pro infirmitate nostra nequaquam amplectemur, nisi lege cogemur satisfacere, quia raro natura nostra ad supererogandum inclinatur: Deus quo nos tanto bono donaret, quantum est meritum, obligationem satisfactionem nobis reliquit, leue penæ malum iniungens, cum magna misericordia.

XLVIII. Atqui merita, supererogationesque, mere rugæ sunt. Et papisticæ rugæ: id est, non ridicula, sed impia, quia hereticæ, accommodatissimæ, fatator, demonstrationes, sed iis duntaxat, quibus peruersa mens est, & occupata iis opinionibus. Nam ita solent figuram humana plus posse, quam ipsa veritas. Sic Mahometano nihil est, quod non persuadeas, ex præsupposito Mahometis paradiso: ipsiusve Alnabi autoritate. Sed Catholici exclamat, *ιδοὺ τὸς ἀλεπός πολλὰ συμβαίνει*. Qui ergo horrent meritorum crimen, supererogationum *ταῦτα φαριάδων*, iis satisfactiones ipsa persuaderi nunquam quibunt.

XLIX. Verum enim vero, quid nunc audio tandem? Lege cogi quenquam satisfactione, reliquise Deum obligationem satisfactioni: Mito querere tabulas legis, id est, Scripturas in eam rem disertas. Nam Papistis hæc iam pridem morositas displicuit, imo hæresis detecta est. At saltē meminissent Sophistæ, sibi arbitriarias semper definitas satisfactiones: meminissent, sibi assertas non nisi præeunte remissione culpa, penæque æternæ. Quæ si ponatur, nulla potest lege quisquam cogi ad satisfactionem sed ut maximam, ad satisfactionem: ut omnino optio sit, vel satisfactioni, vel satisfactioni. Quid ergo, si optet quis satisfactioni? Viderint Sophistæ.

L. Nona ratio. Ablata satisfactione, omnino veritas Purgatorij de medio tollitur, quū n. post mortem non remaneat locus satisfactioni hominibus, quibuscum non versatur, si Deo non debetur vlla satisfactione pro peccato, nulla profecto supererogatio, aut purgatorij loci veritas.

LI. O *ρήσης περὶ τῆς θεοφανίας ἵππου λέπτης*. Tollitur veritas purgatorij: hoc est cōficitur, Purgatorij nū illum esse, nisi fabulōnum, & merum maleferiati cerebri commentū. Ne si vna hæc esset huius controversiæ vtilitas, tamen hæc sufficeret ad constantē disputationē. Non n. exigū fuerit, tā portentosum, tā absurdū, tam alienū à Scripturis paradoxū, à meātib hominū aueruncare, atque exterminare. Quanquam scio, tā esse Scholasticis sophisinatū ferrilia Gargara, vt ne admisso quidem antecedente, consequens sint concessuri. Cur enim? Quum possint concessa unitate corporis, locos multiplicare: & dato idolatriam esse principale cīmen generis humani, tamen imaginum adorationem retinere, & plurima similia? Ego vero prævideo dicturos, in Purgatorio satis passiones esse, non satisfactiones: quia hæc sint arbitria: illæ necessaria: hæc vicariæ illæ *ἀντιτίθεται*. Itaque, ne abolitis quidem omnibus satisfactionib non constare tamen tam bonam, tam necessariam Papisticæ religioni caminum. Sed Sophistis *τεῦτη μελέταν*.

LI. Decima ratio. Maius est, opera, quæ sunt extra Dei gratiam, ad remissionē peccatorū, & in satisfactione gratiæ fuscipendam disponere, quæ opera in gratia facta debitur penæ temporalis expiare: sed opera extra caritatē, peculiari Dei auxilio prouidentia disponunt ad gratiam. Præterea, maius est promerit gloriā quæ satisfactione pro penæ temporali: atqui opera à gratia facta proculdubio merentur vitam aeternam: Ergo multo magis satisfactione, quod in inuisit.

LII. Primū, negatur antecedens; opera vlla aut disponere ad gratiam, & remissionē peccatorū: aut metiri gloriā vitamque aeternam, quæ capita suis locis sunt disputata. Deinde, consequentia negatur vlla esse necessitas, non n. concessio maiore, conceditur semper minus. Maius est ratio cinari, quā voleare: & homini datu illud, hoc negatur. Maius est, regnum celeste regno terreno, & tamen Paulus hæres regni celestis, nullius terreni fuit hæres. Infinita sunt huiusmodi: neque ipsi Papistæ patientur nos concludere dimissam penam temporalem, quum dimissa sit aeterna.

LIII. Undecima ratio. Lumen naturæ omnibus ratione vtentibus instituū dictamenque ipsius synderesis, nunquā in errorē inducit, alioquin circa prima principia, quæ ad speculationē vel præxīn spectant, errare homines contingere. At omnes homines quouis tempore, ac loco, & sub quouis lege, ac facta viuentes, hoc habent veluti inditum, quod interius ad puniendum suū peccatum inclinentur. Punitio ergo illa, quæ est satisfactione, neque frustra est, neque contra Deū naturæ conditores militat. Probatur assumptio, ex epis., Adam, Euæ, Cain, Lamech, Niuitarum, qui solā naturæ legē agnoscentes, ad amplectendam penitentiam per seipso, vel acceptandam a Deo immisim, & impositam, conuersi sunt.

LIV. Undecima ratio. Lumen naturæ omnibus ratione vtentibus instituū dictamenque ipsius synderesis, nunquā in errorē inducit, alioquin circa prima principia, quæ ad speculationē vel præxīn spectant, errare homines contingere. At omnes homines quouis tempore, ac loco, & sub quouis lege, ac facta viuentes, hoc habent veluti inditum, quod interius ad puniendum suū peccatum inclinentur. Punitio ergo illa, quæ est satisfactione, neque frustra est, neque contra Deū naturæ conditores militat. Probatur assumptio, ex epis., Adam, Euæ, Cain, Lamech, Niuitarum, qui solā naturæ legē agnoscentes, ad amplectendam penitentiam per seipso, vel acceptandam a Deo immisim, & impositam, conuersi sunt.

LV. Respondeo: primo, posse non nihil obici aduersus maiorem. Lumen n. illud naturale semper homines docuit, odii odio compensandum: quod tamen erroneū esse, docuit Euangeliū, quo iubemur enī inimicos diligere. Nisi forte, sophista limen naturæ distinguit, ab iis persuasionibus, quæ post peccatum inuaserunt vniuersigenus humanū. Quod si est, tū supererit disputationū, quæ axiomatica referri debent ad illud lumen naturæ, quænam ad has persuasions. Nec vero, si aliquādo aberrent he persuasions, propterea errabitur circa prima principia: non n. hæ sunt in eo ordine: sed secundarie quædam opiniones quæ tamen locū occuparunt principiorum: unde erroris scaturigo. Ut quia lumine naturæ habuerunt, amore compendendum: idem putarunt ab eodem lumine esse, odium odio excipendum.

Quum

Quum tamen revera principium non sit, sed illatio deducta ex principio: quia videntur contrariorum contraria esse consequentia.

L VI. Secundo, in assumptione, si punire peccatum, sit sumere poenas de peccatore: nego, lumen id esse naturale, ut quisque puniat peccatum suum, id est, ipse seipsum. Lumen est naturae, omni peccato suam deberi poenam: lumen est naturae Deum sumpturum poenas de peccatis. Sed hoc lumen, quantuncumque est, ad hanc controvetsiam nihil attinet.

L VII. Sed, ut se quisque velit punitum, rursus dico, id nullum lumen est naturae. Primum enim, lumen naturae in ipso argumento contrahitur ad prima principia. Atqui, velle puniri, nullum potest esse primum principium: sed a principiis deducta conclusio. Non feruntur autem homines lumine naturae aequa ad conclusionem, & ad principia. Et contra eunt potius omnes, vt nullum non moueant lapidem, ne puniantur quantumvis peccarent. Nimirum, quia ab lumine naturae est vitandum omnem malum. Itaque ambiguus inter puniendum peccatum, & vitandum malum, huc sedant praecipites, vt poenas dent nullas. Vnde illud Alcibiadeum, *βέλτιον λόγον τούτον γενέσθαι λογοτελον*: *Frascat consultare, quomodo possit non reddere rationem.* Quare, qui cuncte arguitur peccati, vel negat admisum, vel excusat, vel deprecatur. Nimirum ab eo lumine, si lumen est, ab ea synderesi, vt vel non dentur poenae; vel, si dandae sint omnino, at quam minimae. Atque adeo, hinc proculdubio satisfactionum papisticaum origo. Illae enim hoc agunt, vt non dentur poenae, quas peccatum mereatur: sed pro iis substituantur quam leuissima: quod quia sperari non potuit a iustissimo iudice; et ceterum tribunal est humanum, cuius delatum, vt poenas ponat, tollat, & quinque ponat, sua metuuntur trutina. Vno verbo, poenae non peccatis infligat, sed peccantibus accommodet. Et factum gradatim: Initio, qui toti erant defixi horrore gehennae, his pro nihilo erat austertas illa prisca disciplina. Post, haec ipsa, superare visa peccantium vires. Itaque enervata est, & mutata in aliquot dierum ieiunia: immo tandem non ieiunia, sed ciborum mutationes, in coronas psalteria, & similia. Neque aliud sperari fas fuit, fas erit, quamdui ipsi peccatores, poenarum modum suae constitutionis, esse delitabant. Breueri, quicquid hoc est, peccati per vicarias poenae vescendi, non est a lumine naturali, quod nunquam inducat in errorem: sed a pura putatione; quae hominem non potest non abducere a recto, subducere que diuino iudicio.

L VIII. Neque illa Salmeronis exempla contra sunt. Quid enim aut Adam, aut Eva, aut Cain, aut Lamec in se puniuerunt? Imo Adami, Euamque manifeste videmus culpam a se conatos transferre: illum in Euam, hanc in serpente, vix non in Deum. Hoccine erat, eorum qui statuerent sua ipsi punire peccata? Chrysostomus in Genesim homil. 17. *Videntur haec quidem defensione quandam praeferre sed proorsus venia carent.* Carthusianus, *Dixit que Adam se ipsum inaniter excusando, sicut culpam culpe adiiciendo, quia mortale peccatum mox pondere suo trahit ad alios;* Mulier, *quam dedit mihi sociam, dedit mihi de ligno,* & comedit: *quasi dicat, culpa mea imputanda est coniugio;* immo, *quodammodo tibi, qui mihi talis sociam prestisisti:* sicut peccatum suum retrofit in mulierem, & ex oblioquo aliqualiter in Creatorem. Hoc teatricum, hoc est lumen illud naturae Salmeronis, quod nunquam inducat in errorem.

L IX. At Cain, & Lamec, quid agunt? Quas poenas sibi imponunt? Ille dixit, *Maior est iniquitas mea, quam ut auferatur,* quae vox est desperantissima: Iste nihil nisi, *Septuplum vindicabitur Cain;* & Lamec septuages septies: quae verba licet velim ad puniendum in se peccatum quid faciant. Et forte sciunt Iesuitae, quibus & que cogniti Tragelaphi cum hippocentauris. Ninivite penitentiam egerunt in ieiuniis, fasto, & puluere: sed puniūt sciplos sese, nū quam Scriptura dixit: immo, penitentiam egisse, ne punirentur. Quid ergo illi ad Salmeronis lumen naturae?

L X. Duodecima ratio. In lege Mosis variæ erant multæ, dinersæ que peccati vindictæ variis peccatis assignatae, vt videre est Leuiti. 4. & 5. quæ nihil aliud erant, quam satisfactiones, quibus se Deus ait placari, & propriati pro peccatis admissis: ex quibus liquidum fit, contritionem totum poenæ debitum non deleret. At illæ penitentiae, etiæ quantum pertinet ad taxationem particularem, ad legales ceremonias spectarent, & propter ea in Evangelio locum non habent; tamen in genere, quantum ad hoc, ut penitentiae esset peccator in ieiunia, fundatae erant in lege naturæ, & ad moralia spectabant. Itaque quum moralia obligent, sequitur esse locum satisfactionibus. Hoc argumento vñi sunt & Bellarminus, ac Panigarolla, sed contractius.

L XI. Respondeo: in iungi penitentiam, Catholice dici aliter, aliter Papistice. Catholicis quidem significare, seriam conversionem exigere a peccatis ad Deum, ut venia obtineatur per Christum. Papistis autem commutationem, compensationemque arbitriam poenæ, ut quæ peccatis debetur, eam, merito eius compensationis, Deus non exigat. Catholice si loquaris concedo, & illis sacrificis, quæ præcipiuntur, exigere penitentiam: &, etiæ sacrificia desierint, tamen esse aliquid morale, quod etiam non obliget in Evangelio. Denique, nemo nos audit negantes, exigere peccatoribus penitentiam. Sed si Papistice: tum nego, iis sacrificiis vñam penitentiam exactam fuisse. Nam, sacrificia nunquam quisquam poenam esse pronuntiavit, quas quidem solueret peccator: sed typos peccatorum, quas debebat quidem peccator: sed soluturas erat Christus ciui norma. Itaque Salmero sepe peccat, securitate sui nimia, pronuncians, quasi prætor est tribunal, ea sacrificia nihil aliud fuisse quam satisfactiones.

L XII. Rationem decimam tertiam Panigarolla exhibet. Nullum opus Dei reperitur, totum ex mera ipsius misericordia ita factum, vt ei iustitia suæ nihil admiscerit. Probatur, quia, *Vniuersa via Domini misericordia & veritas, Psalm. 25. & 85. Misericordia & veritas obvia erunt sibi iustitia & pax oculis & sunt: Veritas de terra orta est, & iustitia de celo prospexit.* At, si in iustificatione nostra nihil intercedat aliud, nisi culpa remisisti, sine dubio opus id esset mera misericordia: oportet ergo aliud intercedere, quo iustitia suas partes tueatur.

L XIII. Respondeo: de interpretatione eorum locorum varias posse colligi sententias: sed nihil nunc esse necesse. Concedo vñiuersum argumentum: sed conclusionem nego inferre aduersus thesin. Nego enim id quod intercedit in iustificatione nostri, esse quicquam satisfactionis eius, quæ nunc temporis in disputationem venit. Enim uero si hac esset necessaria, Ergo in baptismo oportet hanc intercedere, aut non esse ipsum Baptismum

opus Dei: quum tamen non nos tantum, sed etiam Papistæ istud negent, hoc assentantur. Vnde necessaria conclusio est, esse aliquod opus Dei, vere opus Dei, vbi non interueniat haec satisfactione. At nos nullam aliam agnoscimus remissionem peccatorum esse opus Dei, præter eam, cuius Baptismus est sacramentum. Itaque negamus vñiam dari remissionem peccatorum, vbi admisceretur quicquam nostra satisfactionis.

LXIV. Et tane absque hac, satis tuerit suas partes iustitia diuina, nimirum, quia intercedat satisfactione Christi, ex qua verissimum est, Nullum peccatum à Deo in ultum deserit, quod Eckius notabat: non quod nullus peccator non puniatur: sed quod qui non puniuntur, pro iis punitus sit Christus. Hinc Paulo dictum, ad Romanos. *Quem proposuit Deus ut esset placamentum per fidem in sanguine ipsius, ad declarandam iustitiam suam per remissionem peccatorum precedentium.* Hoc est, paraphrase Iustiniano, *Duina iustitia, precedentium scelerum condonatione, qua iusta quadam effusi crux compensatione perfecta sit, vel flagitorum omnium quasi cuiusdam corporis eruuatione, clarior appareat.* Nimirum, eodem teste in commentario, *Ad eandem iustitiam, qua nunc Deus iustificat impios, declarandam, placuit ipsi Deo Christum quasi vindicem, atque assertorem nostræ libertatis constitutum, eiusque sanguinis effusionem propriez admittere.* Ad quam mentem Toletus, *Ostenditur causa huius iustitiae meritoria, ac satisfactoria: nempe sanguis & mors Christi.*

LXV. Decimaquarta ratio, à remotione impedimentorum satisfactioni, est Dominici à Soto. Si non potest homo satisfacere Deo, ergo, vel quia inimicus est Dei: vel quia peccatum infinitatem habet quandam: vel quia quicquid habet homo, alias obligatum est Deo. At horum nihil obstat. Non primum, quia per Christum peccator reconciliatur Deo. Non secundum: quia, quo pacto peccatum est infinitum, eo pacto possumus Deo reddere obsequium infinitum. Neque aliter infinitum est peccatum, quam quia auersio est ab infinito bono: atque obsequium est conuersio ad infinitum bonum. Non tertium, quia etiæ nos nostraque omnia debeamus Deo, non tamen Deus ad illud omne obligavit, quod totis intentis viribus possumus: vnde multis possumus facere fructus dignos penitentiarum, qui non erant innocentibus necessarij. Præterea, etiæ omnia debeamus, tamē domini sumus actionum nostrarum: & Deus liberam obedientiam acceptat in satisfactionem, tanquam opus iustitiae.

LXVI. Respondeo, primo, enumeratione impedimentorum non satisfactione de satisfactionibus disputantem Sophistam. Nam dari aliud impedimentum: nempe, quia bis Deus nolit sibi satisficeri: semel autem satisficerit Christus pro omnibus delictis eorum omnium, quibus peccata remittuntur. Hoc autem impedimentum tantum est, ut si nullum aliud dari posset, satis sit futurum ad omnia Papistarum de satisfactionibus commenta extirpanda.

LXVII. Secundo, illud primum de homine inimico, vnde habuerit, videtur Soto: nos nullo loco censamus: qui sciamus à Papistis non admitti satisfactiones, nisi eorum qui in fide sunt. Hoc ipso absurditatem cumulantibus, quoniam iis qui nondum sunt adscripti in album amicorum, prolixe infinitam, & immensam misericordiam pollicentur à liberalissimo Leo: quem tamen in suos, sibi iam consecratos, vocatosque non seruos, sed filios, adeo fingunt ὑπεροχήν, ut nihil sine satisfactione largiatur: Veruntamen, si quis ita argumentetur, agat cum eo Dominicus pro arbitrio: nobis ne otij tantum, nec tanta bonorum argumentorum penuria est, ut alienis libeat argumentis occupari.

LXVIII. Infinitam esse conversionem ad Deum, itidem ut infinitum peccatum, hactenus nondum erat auditum: neque tolerari potest. Ratio, quia auersio est aliquid negatiuum, conuersio, quid affirmatiuum. At, affirmantia non itidem infinita sunt, ut negantia. Deinde, non ut qui peccat penitus auertit se à Deo: sic qui bene agit penitus conuertit se ad Deum: causa evidens, quia qui peccat in uno, omnium reus est: at non similiter, qui bene facit in uno, satisfacit omnibus, neque ut peccata pura sunt peccata: sic bona nostra pura bona sunt. Itaque falsum, eadem ratione infinitum esse bonum nostrum, ut malum. Nam etiæ semper infinitum sit bonum Deus: tamen infinitas peccati, non simpliciter inde est, alioquin æqualia essent omnia: sed ab ipsius natura peccati, quam expressimus. Quare hoc impedimentum non amouit Dominicus?

LXIX. Tertium nihilo magis. Non obligasse nos Deum ad quicquid possumus intentissimis viribus falsissimum est, & alias refutatum. Quoniam Dominicus ipsum se refellit. Nam si nos, nostraque omnia debemus, ut ponit: tum oportet, ea quæ intentissimis viribus possumus, aut nostra non esse, quod absurdissimum, aut deberi Deo. Si debentur, & non obligavit Deus, quis obligavit? Et tamen, quid hoc opus erat? Intentissimas vires in satisfactioniunculis, de quib. tam sollicite pugnant aduersarij, quis obseruauit? Quare si ad ea non obligasse Deum, quæ possumus intentissimis viribus, Dominico concedimus, an concedet ipse saltem, obligasse ad ea quæ possumus remissimis viribus? Ergo obligavit ad has satisfactioniunculas.

LXX. Concedimus quidem, multis fructus penitentiae, non fuisse innocentibus necessarios: puta confessionem, dolorem, lacrymas, ieiunia: at nos de innocentibus non disputamus: sed de peccatoribus: qui eo ipso quod peccarent, quicquid bonum est in dolore, in confessione, in lacrymis debent. Deo ieiunia nunquam remitterentur peccata: multo magis, ut remittantur: immo quoniam remittuntur.

LXXI. Dominos esse nos actionum nostrarum, quo sensu verum, alias explicatum: sed hoc dominium nihil officit pleno debito: cuius haec natura est, ut quicquid habet, habere que potest spontanei boni, id totum Deo debet. Concedo, acceptari à Deo id ipsum quicquid est boni spontanei: cur enim non acceptaret, quoniam imperarit sibi reddit? Sed acceptari in satisfactionem pro peccatis, nemo potest demonstrare. Posset in satisfactionem officij, nisi imperfectum bonum esset: sed in satisfactionem peccati, ne cogitari quidem, etiamsi perfectum bonum esset, quanto minus, quoniam imperfectum.

LXXII. Decimam quintam rationem sic partibus suis distinguit Gregorius de Valentia. Si post culpam peccati remissam, temporalis aliqua poena peccatis decreta est, omnino fatendum posse eam poenam per satisfactionem redimi: idque etiam necessario debere fieri, ut quicquid mora possit consequi regnum celorum. Atqui, talis poena temporalis peccatis profusa decreta est. Omnino igitur fatendum est, posse illam per satisfactionem redimi. Probatur consequentia. Nam, ex Scriptura compertum est, posse hominem

minem iustum id agere in hac vita; ut statim, mortuus, sit in regno celorum cum Christo. Non posset autem id obtinere, nisi posset etiam a reatu eius temporalis poena se liberare in hac vita, diuinæ iustitiae per poenitentiam faciendo: siquidem nemo, reatu poena obstrictus potest ingredi regnum celorum. Quum autem homo per poenitentiam se a poena temporalis reatu liberat, eius certe poenitentia in compensationem quandam illius poenæ diuinæ admittitur.

LXXII. Respondeo: de poenis temporalibus post hanc vitam, simpliciter negari assumptum: quia solidè iam disputatum, has nullas peccatis remissis esse decretas: unde manifestum, nec posse redimi, nec remorari quenquam, quominus statim a morte ingrediatur regnum cœlorum.

LXXIV. Poenas in hac vita concessimus aliquas aliquando decerni a Deo; sed improprie poenis: his poenis satisficeri posse non negamus: si tamen satisfactionem cedicas, non vicariam? non arbitriam; sed necessariam, prorsusq; pendentem a decreto Dei, qui velit, nos non tantum affligi, sed et sic affligi, pura Daudem, non cilicio, non ieiunio, sed morte pueruli, ut neque thelis, an satisficiendū sit: neque hypothesis, quo potissimum modo satisfaciendū nostris arbitrij. Satisficeri ergo posse cōcedimus: sed redimine negamus. Negamus etiā necesse esse: & frusta intentari dicimus minus mora illius: nam hæc mora ad has poenas non magis pertinet, quā ad sphæram Solis Cimmeriæ tenebræ. Ratio in promptu: quia ex aduersiorum mente, non remorantur, si eis satisfactum fuerit: at nunquā euenit, ut mortuatur homo antequam satisfactum fuerit: alioquin decreta Dei fierent iritata: quod est absurdissimum.

LXXV. Præterea, si daremus posse fieri, ut ne satisficeret his poenis, tamen negaremus, moram villam dari propterea post vitam. Nam, quæ poena pertinebat tantum ad hoc seculum, cæ iam pertinerent ad alterum, contra hypothesin. Tum autem non bene quadraret aut iustitia, aut misericordia. Non iustitia, quæ non debet leuiores poenas grauioribus communare. Misericordia multo minus, cuius ea natura est, ut vel nullas sumat, vel leuissimas. Denique frustra esset. Probatum enim has poenas, non esse proprie poenas, sed emendationes: atqui in futura vita, nulla emendatio.

LXXVI. Posse id hominem agere in hac vita, ut statim, mortuus, sit in regno celorum cum Christo, non negamus, dum ne meriti fermentum admisceas. Nam alioquin, potest homo credere, potest iuste, & sancte vivere. Qui autem credit, qui iuste, sancte que vitam instituit, hic statim post mortem ingreditur regnum celorum. Verum, huiusmodi viris, remissam dico omnem poenam post mortem. Quia si recta est aliqua, non posset id agere ut statim compos fieret tantæ felicitatis: nimirum, quia hæc poena simul est recta, & non recta: quod est absurdissimum.

LXXVII. Sed non posset id obtineri nisi posset a reatu eius poenæ ab solvi. Fateor, inquam. Sed cuius poena? Nam si in hac vita iam dictum, posse liberari patiente, non autem arbitriarias de se poenas sumendo. Sin autem in altera vita iterum dictum, nullas esse, & dictum, si sint, non posse iis obnoxia in quenquam, statim adire regnum celorum. Nam, cur in compensationem huius poenæ admittetur poenitentia; quoniam non possit, in compensationem poenarum in hac vita tolerandarum? Et verò absurdum est, si debes poenas grauissimas, & grauissimas oporteat esse, quas anima per se, & scorsum à corpore patitur, & quidem in eodem igne, quo torquentur demones: sic enim fingunt Papistæ: si, inquam, Deo debebas has grauissimas poenas, iubere Deum contentum esse ieiuniis, cilicis, preculis, & similibus, denique eo quod tu tibi pro arbitrio imposueris.

LXXXIII. Postrema, & firmissima, inquit Salmero, ab Ecclesia consuetudine dicitur ratio. Nam, ea ratione, eoque modo recipiendus est quis in gremium Ecclesiæ, sicut Ecclesiæ hunc succipere mandat. Quod probatur ex Augustino de unitate Ecclesiæ c. 18. & 19. At Ecclesia poenitentes ab initio non suscepit, nisi injungendo eis pro delictis etiam occultis, satisfactiones, quib; ipsi Deo, & non hominib; facerent satis. Ergo plane consequitur, eos, qui talem satisfactionem negant, Christo iniuriant inferre.

LXXIX. Sed hæc firmissima ratio merum nugamentum est, q; uia falsum assumptum. Non enim vniuersa Ecclesia iussit, poenitentes Dao satisfacere: alioquin Paulus iussisset, incestum sic admetti: at non iussit. Sed aliquor post Christianitatis initia seculis, quum deflexum est a prima puritate, tum cerebra cepit mentio satisfaciendi Deo. Ast in Ecclesia primum quodque verissimum, postremum falsissimum.

C A P. XIV.

Authorates Veterum pro satisfactionibus.

I. Veterum scriptis multo plus subsidij sperant Papistæ: & vero videntur, si vel verba sola *imperata* attendas, rerum definitiones negligas: vel perinde habeas omnes omnium ætatum: quæ peccata perpetuo peccant Sophistæ: ideoque magno hic verborum strepitu, magna enumerationis pompa, & aures obtundunt omnium, ingeniaque fatigant, & infirmiorum iudicium obrunt. Quo nobis erit cura cautor adhibenda, ne nostra vafti homines faciliter imponant, quod vnum querunt: & si non possunt, nil possunt.

II. Quo sitigitur mihi solidior consideratio, primum testimonia enumerabo, longo ordine: eaque distincta, non in ætates varias, qui ordo placuit Bellarmino, secula recenti: non in personarum, ut ita dicam, dignitates, ut hic sint Concilia, ibi Pontifices Romani, illic Doctores, quod Salmeroni consulti viñum: hoc enim ad pompam, ut addant aliquid, ita ad soliditatem nihil: sed in sua testimoniorum discrimina: non enim omnia, aut idem sunt concepta verbis, aut rerum momentis paria.

III. Quibusdam igitur commendari video, poenitentiam, poenitentiæ: opera magno hæc quidem nomine: immo poterant multo maiore: sed alia indistincte, & generaliter: quorum mihi prima classis esto. Clemens, ad fratrem Domini ep. 2 Tam iusenes quam senes, de his, & de omni conuersatione sua, & conuersione, & poenitentia, valde esse sollicitos oportet, satisq; agere ut hæc conigne agant. Et post, Orare semper Deum ex toto corde, & ab ipso petere quæ de te, ipsi gratias agere, ut etiam poenitentiam gerere præteriorum glororum, aliquæ rulum etiam si possibile est, per misericordias pauperum iuuare poenitentia. Per hec n. facilius venia dabatur, & indulgenti citius indulgetur. Greg. 1. hom. 20. in Euangelia, Norandi est, quod amicus sponsi, non solum fructus poenitentia sed dignos poenitentias admonet esse faciendo. Aliud nāq; est, fructu faere, aliud, digni por-

nientia fructu facere. Neque n. par fructus boni operis esse debet, eius qui minus. & eius qui amplius deliquerit: aut eius qui nullus, & eius qui in quibusdam facinoribus cecidit, & eius qui in multis est lapsus. Per hoc ergo quod dicitur, facite fructus dignos poenitentias, uniuscuiusque conscientia conuenit, ut tanto maiora acquiratur honorū operū lucra per poenitentias, quanto grauiora damna sibi instulit per culpā.

IV. Cyprianus serm. de lapsis, Alio vulnere diligens, & longa medicina non desit, poenitentia criminis minor non sit. Præfse tu, Dominum cito posse placari, quem verbis perfidis abnuisti, cui patrimonium præponere voluisti, cuius templum, sacrilega contumie violasti. Orare oportet impensis, & rogare: diem luctu transfigere, vigilius noctes, ac fleribus ducre: tempus omne lacrymosis lamentationibus occupare: stratos solo harere, in cinere, & cilicio, & sordibus voluntari: post inducementum Christi perditum, nullum velle vestitum: post diaboli cibum, malle ieiunium, iufit operibus incumbere, quibus a morte anima liberatur. Lactantius lib. 6. c. 24. Grati melius, & significantius utrūcū dicunt, quam nos Latine possumus resipientiam dicere. Resipiscit enim, ac mentem suam quasi ab insania recipit, quem errati piget, castigatque seipsum dementia, & confirmat animum suum ad rectius viuendum: tum illud ipsum maxime cauet, ne rursum in eisdem laqueos inducatur. Arnob. in Ps. 106. Audi, Nonatiene: audi de quib; loquitur: vult n. in isto Psalmo agere contra te specialiter Spiritus Sanctus. Tun, dicit, Qui adhuc nō sunt redempti, ipsi possunt ad indulgentiam per poenitentiam peruenire. Nos dicimus, illi per fidem sola ad indulgentiam periringunt: Ibi autem, qui iam redempti sunt, non per fidem solam, quia, iam crederunt, sed per poenitentiam perueniunt ad misericordiam Redemptoris.

V. Ambrosius, de penit. lib. 2. c. 10. An quisquam illam poenitentiam putat, ubi acquirenda ambitione dignitas, ubi vivi effusio, ubi ipsius copula conjugalis: vissus? Renuntiandum seculo est, seculo minus indulgendum, quam natura posulat: interpellandus est gemitis, miserum pendens est lufpiris, sequistrandus est orationibus, viuentum ita, ut vitali huic moriamur vixit: seipsum sibi homo abneget, & totus mutetur. Basilius, in Attende ibi ipsi. Attende tibi ipsi, ut pro delicti proportione hinc quoque mutueris ex admota tibi medela, valetudinis instauranda subsidium, Magnum est, & graue peccatum: multa opus habes confessione, lacrimis amarulentis, per acri contentionem vigiliarum, ieiunio, & continenti ieiunio. Leuis est, nec intoleranda offensio: Huic quoque exequitur poenitentia. In regulis brevioribus autem interrog. Quomodo aetet aliquis poenitentiam agere de singulis peccatis, & cuimodi fructus ostendere dignos poenitentia? Responso. Nimirum, si similem illius animum induerit, qui dicit, Iniquitatem odio habui, & abominationem: & ea profiterit que scripta sunt in sexto Psalmo, & alii plerique: & si ea fecerit, que pro alio qui peccauerat facta ab iis fuisse Apostolus testatur, qui secundum Deum coniristati fuerant. Ecce enim, inquit, hoc ipsum secundum Deum contributus esse vos, quantum in vobis operatum est sollicitudinem, sed defensionem, sed indignationem, sed timorem, sed desiderium, sed amaritudinem, sed vindictam. In omnibus exhibitus vos incontaminatos esse negotio. Et si ut Zachaeus, commissa, eccata contraria recte factis multis compenset.

VI. Gregorius Nazianzenus, in lanca lumina, Seio etiam & quintum, sci-licet Baptisma, lacrymarem nempe: sed laboriosius. Sicut ille, qui per singulas noctes lectum lauit suum, & stratum lacrymis: prob malicie, cuius puruerunt & cicatrices: qui lugens ac moestus incedit: qui imitatur conuersionem Manasse, & Ninuatarum miserandam humilitatem: qui publicani in templo loquitur voce, & ultra iactatores iustificatur Pharisæus: qui tanquam Cananea incurruunt, & misericordiam querit, & micas, canis cibum ejuntis, desiderat, Eusebius hist. lib. 1. c. 7. In quibus & Apostoli omnes, præcipue tamen Jacob, qui dicebatur frater Domini, in Hierosolymis Episcopus constitutus, inde sinepter populum commisso impietatis, & ferale usi de scelere cominonebat, si forte commissi poenitudem gerere, si possent fieri pro scelere, & ultrices poenarum flamas lacrymarum vortante extingue. Idem c. 23. poenitentiam describit iuuenis apud Ioannem Euangelistam, a quo desciuerat.

VII. Chrysostomus ad populum Antiochenum, homil. 41. Poenitentem nunquam oportet obliuionis peccatum tradere: sed Deum quidem rogare, ne eius meminerit: ipsum vero nunquam ipsius obliuisci. Si nos eius non recordemur, Deus ipsius non obliuiscetur: a nobis ipsis vltionem sumamus, nos ipsos accusemus: ita placabimus iudicem. In Matth. hom. 10. Quo autem modo fructus facere poterimus? Si utique peccatis aduersa faciamus. Alienæ rapuisti incipe donare, iam propriæ. Longo es tempore fornicatus: a legitimo quoq; vnu suffundere coniugij, ac perpetua continentiam sapientis pacorum dierum castitate meditare. In iuriam vel opere cuiuspiam, vel sermone fecisti? Refer benedictionis verba conuictis, & persecutientes te, nunc officiis, nunc etiam beneficiis placare contende. Neque enim vulneratio sufficit ad salutem, tantummodo plicula de corpore euellere, sed etiam remedia adhibere vulneribus. Deliciis ante & temulentia diffuebas? Ieiunio, & aqua potu- trumq; compensa, ut famem superes imminentem. Vidisti impudicis alienam decorum ocalis? & feminam a omnino non videas, maior i tactus cautione post vulnera. Ad Hebr. hom. 9. Renouari, hoc est, noui fieri, novos quippe facere, lauacri est tantum. Renouabitur inquit sicut aquila inuenitus tua. Poenitentia autem est, qui innuat fierunt, & postea veteraverunt in peccatis, liberare a vetustate, & consolidare.

VIII. Theodor. in lib. Diuinor decret. c. de poenitent. Qui a. Baptismatis donū est assequitur, Patrē vocat Deū: ut qui in gratia filiorum ordinē sit allectus. It ergo iufit sunt dicere, Dimitte nobis debita nostra. Sunt ergo medicabilia etiā quæ post Baptismum sunt vulnera: medicabilia a. non ut olim per solā si dem data remissione, sed per multas lacrymas, & flatus, & ieiunii, & orationem, & laborem facti peccati quantitatē commoderant. Qui n. non sicut affecti sunt, eos nec admittere quidē didicimus, nec diuinam sunt eis manu impertienā. Hieron. Epitaphio Paulæ, Turpanda est facies, quā contra Dei præceptum purpuriss., & cerussa, & stibio sepe depinxer. Affigendum corpus, quod multis vacuit delictis. Longus risus perpetuo compensans est fletu. Mollia linteamina, & serica pretiosissima, asperitate cilicis communanda.

IX. Haec tamen classis prima: Altera poenitentia cōmendabit, non indefinita, sed quā Canonica appellatur, nos solennē, & publicā, nempe quā indicatur peccantib; ab Ecclesia, sive Presbyterio. Huc plurima pertinet Cōcilia. Ex quib; Salmero indicat, Africanū tertiu, Toletanū tertiu, Cabilonē, Romianū, sub Greg. VII. Sed maiori confidentia recitat Lateranense sub Innocent. III. c. 21. quod potius imperatā peccatori confessionē & a. inquit, si peritus & cautus, & more periti medici superinfundat vīnum & oleum vulneribus sauciā. Tidem in libro 6. in decreto de iustificatione; & lesionē 14. vbi magna vehementia agitur de poenitentia, ei usque partibus.

X. Clemens, Constitutionum lib. 2. c. 16. Nam quod cum qui deliquerit, oportet

^te et propriæ delicti pudore affici: satis demonstrat sermo Mosis pro Maria dictus, Quandorrogabat, ut ei peccatum remitteretur. Ait enim Deus Mosis: Si pater eius fuerit in faciem illius, noue verecundia effecta esset: Septem dies ejiciatur extra castra, & postea ingrediantur. Idem nos facere debemus, & eos qui se peccatorum paucisere dicunt. Segregare per certum tempus, secundum proportionem peccati, deinde parsentia peracta recipere tanquam patres filios. Anacletus, epist. 2. can. 2. Excommunicentur, & minime absoluantur, antequa per satisfactionem condignam egerint penitentiam. Chrysost. de Sacerdot. lib. 2. Non temere ad delictorum modum oportet & multam ipsam adhibere sed tanquam coniecturis quibusdam explorandus est delinquentium animus: ne qua sit, ut dum consuere: ut quod inventrum est, scissuram deteriorem facias: ac dum cum, qui lapsus est erigere, atque emendare stades, casus ipse maior per te reddatur. Sozom. libr. 9. hist. tripl. c. 35. referit. Sacerdote maudiens confessionib. præfectu, penitentiam cuique imponere solitum secundum vniuersitatem; delicta Nicephorus etiam, epistola de ligandi, soluendique potestate ad Theodosium Monachum, late de hac re scribit.

XI. Augustinus, de penitentia medicina, c. 3. Veniat ad Antiphites, per quos in Ecclesia claves ministrantur, & tanquam bonus incipiens iam esse filius, maternorum membrorum ordine custodit o. à prepositis Sacramentorum arcipiat satisfactionis sui modū, ut in offeringo sacrificio cordis contributati deuotus, & superplex, id tamen agat, quod non solum illi proficit ad suscipiendum salutem, sed etiam ceteris ad exemplum. De Ecclesiasticis dogmatibus, qui tamen liber tribuit Gennad. c. 35. Quæ mortalia crimina post Baptismū commissa premunt, hortor prius publica penitentia satisfacere, & ita Sacerdotis iudicio reconciliati communioni sociari, si viti non ad iudicium, & condemnationem sui Eucharistiam percipere.

XII. Tertia mihi Classis esto eorum, qui hanc penitentiam appellant satisfactionem. Origenes, hom. 6. in Exod. Si quis forte huicmodi pecuniam à Diabolo deceptus accepit, non usquequa desperet. Misericors enim, & miserator Dominus, & creatura sua non vult mortem, sed ut convertatur. & vivat. Penitendo, flendo, satisfaciendo delectat quod admissum est. In Leuiticum hom. 15. ubi dixit, polle redimi peccata in hac vira, subiungit, Si tamen inuenier manus tua pretium, quod restitut. Quale pretium? Penitentia sine dubio lacrymis congregatum, & manibus: id est, labore boni operis inuentum. Cypr. epist. 55. Intercedunt ne exoretur precibus, & satisfactionibus Christus, qui negantem se negare profitetur. Pacianus, parvulus ad penitentiam. Ecce pollicor, si ad Parrem vestrum vera satisfactione redeatis, nihil ulterius errando, nihil pristinis adiiciendo peccatis, dicendo etiam humile aliquid, & flebile. Peccatum in conspectu tuo Pater, iam non sumus digni nomine filiorum: continuo de vobis, & pecus illud recedet immundum, & siliquarum esca deformis. Maximus, homil. in die cinereum, Non reprehenditur ille qui dudum corde detinio, & lubricis gressibus a trahite elapsus salutis, redimere se a Deo magis penitentia satisfactione conatur. Isidor. de lummo bono lib. 2. c. 13. Ille penitentiam digne agit, qui reatum suum satisfactione legitima plangit.

XIII. Innocentius I. epist. 2. 2. c. 4. At dicitur vera, ac iusta legitimus Sacerdos is beneficium auferre omne vitium, quod à vitioso fuerat iniectum. Ergo sita est, applicantur ad ordines sacrilegi, adulteri, atque omnium criminum rei, quia benedictione ordinationis, crimina vel via putatio auferri. Nullus sit penitentia locutus: quia id potest prestatre ordinatio, quod longa satisfactione prestatre consuevit. Epist. 1. c. 7. Ceterum de pondere estimando delictorum, Sacerdotis est iudicare, ut attendat ad Confessionem penitentis, & ad fletus, atque lacrymas corrigentis: ac cum debere dimitti, quum viderit congruam satisfactionem.

XIV. Cassianus, Collationis 20. c. 2. 7. Dum agimus penitentiam, & adhuc vitiorum actuum recordatione mordemur, necessarium est, ut ignem conscientia nostra obortus ex confessione culpa lacrymarum imber extinguat. Quum vero cuique in hac humilitate cordis, & spiritus contritione defixus, atque in labore, & exercitu perduranti, horum recordatio fuerit consopita, & conscientia propria de medullis anima gratia Dei miserantis enulta, certum est, eum ad satisfactionis finem, atque indulgentia merita peruenisse, & ab uniuersorum criminum labe purgatum. Boctus 4. de Consolatione profla 4. Ipsius quoque improbi, si eis aliquarum lumen virtutem reliqua fas esset adspicere, vitiorumque sorores penitentia cruciatus se deposituros viderent, compensatione adipiscenda probitatis, nec hoc cruciatus esse dicerent, defensorumque opem refudiarent, ac se totos accusatoribus, iudicibusque permitterent. Bernardus super Cantica, serm. 4. Quum ergo satisfacimus, ut abiato, quod separant, peccato, reconciliemur, indulgentiam, quam recipimus, quid nisi quoddam osculum dixerim pacis? Idque interim non alibi, quam ad pedes sumendum. Humilis quippe & verecunda debet esse satisfactione, quia emendatur superba transgressio. Saluianus Massiliensis, lib. 1. Timothei ad Ecclesiam, Quando lugebit, qui dies lugendi perdidit, quando satisfaciet, qui tempus satisfactionis amittit?

XV. Quarta Classis eorum testimoniorum, qua penitentiam appellant Iustinus, sive quicunque; alius autor est Questionum Orthodoxarum qu. 69. Ceterum luctuosum vita finem propterea Iosias retrulit, quod in fissionem Ieremia non paruerit. Quapropter ut eum purum a peccatis ex hac vita recipere Dominus Deus, ideo permisit illum in obedienciam eius ferro. Egyptio panas exsolvere. Origenes, homil. 2. in lib. Iudic. Vide benignum Dominum misericordiam cum severitate misericordem. Ipsius pena modum, iusta & clementi libratione persant. Non in perpetuum trahit delinquentes sed quanto tempore errasse te nosti, quanto tempore deliquisti, tanto nibilominus te tempore humilia te ipsum Deo, & satisfacito ei in confessione penitentie. Pacianus, parvulus ad penitentiam. In quantum pena vestra non pepercis, ut in tantum Deus parcer. Cypr. epist. 52. Aliud est, ad venientiam stare, aliud, ad gloriam peruenire: aliud, missum in carcere non exire inde donec soluat nouissimum quadrante: aliud statim fidei, & virtutis acquire mercedem: aliud pro peccatis longo dolore cruciatum emendari, & purgari in igne: aliud, peccata omnia passione purgasse.

XVI. Augustinus, in Ps. 50. Et a peccato munda me. Quo merito? Medicus est: offer mercedem Deus est, offer sacrificium. Quid dabis, ut munderis? Vide enim quem innoceas. Iustus innoceas: odit peccata. Si iustus es: scilicet non poteris auferre à Domino Iustitia eius. Implora misericordiam: sed attende iustitiam. Misericordia est, ut ignorat peccato: iustitia est, ut puniat peccatum. Quid ergo? Quasi misericordia peccatum impunitum remanebit? Respondeat David, respondeant lapsi, refreddant cum David, ut misericordiam mereantur sicut David, & dicant, Non Domine, non erit impunitum peccatum meum, noui iustitiam eius, cuius quaro misericordia. Non impunitum erit: sed ideo nolo ut tu me punias: quia ego peccatum meum punio. Rursus, Veritatem dilexisti, id est, impunita peccata eorum, etiam quib. ignoratis, non reliquisti. Veritatem dilexisti. Sic misericordiam prærogasti, ut seruares &

veritatem. Ignoscis confitent: i. Ignoscis, sed seipsum punienti. In Io. tract. 12. 4. Cogitur homo tolerare et remissis peccatis, quamvis ut in ea veniret misericordiam, primū fuerit causa peccatum. Producitur est n. pena quæ culpa: ne parua punitetur culpa, si cum illa finiretur & pena. E p. 54. Nihil aliud agit, quem veraciter punit, nisi ut id quod mali fecerit, in penitum esse non sinat. Eo quippe modo sibi non parcent ille parcit, cuius alium, iustumque iudicium nullus contemptus evadit. De vera & falsa penit. c. 19. Continue dolendum est de peccato, quod declarat ipsa dilectionis virtus. Penitentia non est, pena tenere, ut semper puniat in se ulciscendo, quod commisit peccando. Pena non propriæ dicitur laus, qui punis, & vindicat, quia quis que commisit. Ille legitur penam tenet, qui semper punis, quod commisisti dolet. Peccator semper doleat, & de dolore gaudeat: & non satis sit quod doleat: sed ex fine doleat, & non semper doluisse doleat. In Sermone Properi nu. 2. 10. Peccata, siue parua, siue magna: impunita esse non possunt: quia, aut homine penitente, aut in iudicio Deo iudicante plectuntur. Cessat autem vindicta diuina, si conuersio præcessat humana. Amat enim Deus consistenter us parcer, & eos qui semetipsos indicant, non indicare.

XVII. In quinta Classe sunt, qui satisfactionem dixerint esse pro peccatis. Tertullianus de Baptismo, in fine, Nobis gratulandum est, si non publice contumeliam iniquitates, aut turpitudines nostras. Simul n. & de pristinis satisfactionibus confititatione carnis, & spiritus. Et subsequitur tentationib. munimentum praeservans, Cypr. epist. 55. Datur opera ne a satisfactionib. clamantibus insti, delicta redimantur, ne vulnera lacrymis abluantur. Hieron. in Ioh. 1. Qui peccator est, & quem mordet propria conscientia, cilicio penitentia accingatur, & plangat, vel propria delicta, vel populi, & ingrediatur Ecclesiam, de qua fuerat egressus, & cubet, vel dormiat in sacco, ut posteritas culpas, per quas Deum offendebat, vita austerior compensem. Augustinus, Enchiridij c. 70. In melius quippe est vita mutanda, & per elemosynas de peccatis præteritis est propitiandus Deus: non ad hoc emendus quodammodo, ut ea semper liceat impune committere. Nemini n. deedit laxamenum peccandi, quamvis miserando delectat iam facta peccata, si non satisfactione congrua negligatur. Postea, De quotidianiis a brevibus, levibusque peccatis, sine quib. hac vita non ducitur, quotidiana oratio fidelium satisfacit. Ambrosius, ad Virginem lapsum c. 8. Grandi plaga, alta & prolixa opus est medicina: grandis delictus: grandem necessariam habet satisfactionem.

XVIII. Ad sextam refero Classem, qui redemptionem nominant, compensationemque. Ambrosius, ad virginem lapsum c. 8. Peccator, si sibi ipsi non pepercit, a Deo illi parcerit, et si futuras penas gehenna perpetuo, in hoc parvo vita spatio compensauerit, seipsum ab eterno iudicio liberat. De Helia, & ieiunio. c. 10. Habemus plura subsidia, quibus peccata nostra redimamus. Pecuniam habet redime peccatum tuum. Non venialis est Dominus, sed tu ipse venalis es: peccatis tuis veniundatus es: redime te operibus tuis, redime te pecunia tua. Leo 1. serm. 2. de ieiuniis decimi mensis, Oratione propitiationis Dei queritur, ieiunio concupiscentia carnis extinguitur. elemosynis peccata redimuntur: simulque per omnia Dei in nobis imago renouatur. Cyprian. epist. 55. Datur opera, ne satisfactionib. & lamentationibus insti delicta redimantur, ne vulnera lacrymis abluantur. Theophilus Alexandrin. Paschali 1. Prisquam stetim ante tribunal Christi, præterita peccata a penitentiis corrigitur, presenti steti redimamus futura gaudia, aculeosque conscientia in morem apud noxiis peccatorum fuos repellamus, plena cœs, ac mellis aluaria reservantes. Hilarius in Matth. can. 4. Quia charitas plurimum peccatorum tegit, & errorum nostrorum ambitiosa ad Deum patrona est, non istum penam quadranti soluimus, nisi pretio ipsius, aliquantorum criminum culpa redimatur.

XIX. Nec alio pertinent, qui purgare, eluere, soluere, curare dicunt, & si quid est vicinum. Irenæus li. 4. c. 26. Docebat, ut facerent præcepta, que ab initio præcepit Deus, ut & veterem cupiditatē per opera bona soluerent, & sequerentur Christum. Quoniam a ea quæ possidentur, pauperib. diuisa, solutionē faciunt præterita cupiditatis, Zachaeus facit manifestū, dicens, Dimidiū bonorum meorum ad pauperib. Origenes, sive Cyrillus, in Leuit. hom. 9. Sed vide, quia, et si mandatur quis a peccato, & non sit ita in opere peccati, ipsa tamen vestigia sceleris commissi purificazione indigent, & ea quæ exposuimus, & alia nibilominus quæ mandatur in consequentib. Et post, Unde mihi videtur esse quasdam & in ipsa purificatione differentias, & ut ita dixerim, profectus quodlibet purgationum. Potesit n. & de illo qui cessat a peccato dici, Et mundus erit: sed non statim ita mundus videbitur, ut ad summam puritatis accesserit. Callist. I. epist. 2. Videns Prophetæ sceleris sua munda taper penitentia, non dubitauit prædicando, & Domino libando, aliena curare. Ambros. lib. 2. de penit. c. 5. Qui agit penitentia, non solū diluere lacrymis debet peccatum suum, sed et emendationib. factis operire, & tegere delicta superiora, ut non ei imputetur peccatum. Epist. 82. Quæ nobis salus esse potest, nisi terium eluerimus peccata nostra? Nazianzenus de pauperum amore, Misericordia, & fide peccata purgantur. Ergo miseratione purgemur, animi quæ labes, & iniquitatem, egregia illa herba detergamus, ac dealbemus, alijs ut lana, alijs ut nix, pro misericordia cœli, & proportione. Id est oratione in sanctu lauacrum dicit, cicatricem ex peccatorum vulnerib. remanente obduci, obnixis precib. multo luctu, & gemitu & lacrymis.

XX. Leo primus, ep. 91. Mediator Dei, & hominum homo Iesus Christus, hanc præpositis Ecclesia tradidit potestatē, ut & confitentib. actione penitentia darent, & eos de salubri satisfactione purgatos, ad communionē Sacramentorum per ianuam reconciliationis admitterent. Sulpit. Seuer. de miracul. B. Martin. dial. 2. c. 13. Verū haec a sapientib. tenenda distinctionē est, ut coniugii pertineat ad venientiam, virginitas spectet ad gloriam, fornicatio deputetur ad penam, nisi satisfactione purgetur. Cassiod. in Pl. 37. Et cogitabo pro peccato meo, id est, talia te donante faciam, quæ meū possint abolere peccatum: scilicet, fletus adhibebit, elemosynas faciat: & ad hoc quod deliqui, mandatorū tuorū observatione purgabis. Greg. libr. 6. in 1. Reg. explicans c. 15. Non solū confitenda sunt peccata, sed et penitentia austerior delecta. ib. Corrigibilis equum peccati portantur, quia postquam delinquēti voluntate di- sedunt, purgari satisfactione salubriter possunt. Eccl. in 1. Ps. Delectatio, seu voluntas peccandi, quando ad satisfactionem venit, leniter elemosynis & aliis talibus purgatur: confessus vero non nisi graui penitentia deletur, consuetudo autem, non nisi recta, & ponderosa satisfactione absoluuntur.

XXI. Septima Classis eorum est, qui non tantum satisficeri pro peccatis volunt, sed et Deo satisficeri. Tertullianus de penit. Offendisti: sed reconciliari adhuc potes: habes cui satisfactiones, & quidem voluntem. Cypr. ep. 10. Possunt agentes penitentia vera, Deo Patri ad misericordiam precib. & operib. satisfacere. Sermon de lapsis, Qui sic Deo satisficerit, qui penitentia facit sui, qui pudore delicti, plus & virtutis, & fidei, de ipso lapsis sui dolore conceperit, exanimatus est. De pietate & elemosyna, Remedia propitiantio Deo, ipsius Dei verbis data sunt, quod deberent facere peccantes, magisteria diuina docuerunt. Operationibus rustis Deo sat: si. ri,

*fatis fieri, misericordia meritis peccata purgari. Laetantius, lib. 4. cap. 17. Volens
enim vita ac saluti nostris pro eterna sua pietate consulere, paenitentiam nobis in
illa Circumcisione proposuit, ut & si cor nudauerimus, id est si peccata nostra
confessi satie Deo fecerimus, veniam consequamur. Lib. 6. cap. 24. Potest reduc-
re liberari, si eum paeniteat actorum, & ad meliora conuersus, satisfaciat Deo.
Augustinus, de penitentia medicina c. 5. Non sufficit mores in melius committare,
& a factis malis recedere, nisi de his etiam quae facta sunt, satisfaciat Deo, per
penitentia dolorem, per humilitatis gemitum, per contriti cordis sacrificium co-
penitentibus eleemosynis Gelasius epift. i.c. 23.. Viduit, si propria voluntate profes-
san pristini coniugij castitatem, mutabili mente calcauerint, periculi earum in-
tererit, quali debeat Deum satisfactione placare: quia iuxta Apostolum, pri-
mam fidem iriram fecerunt.*

XXII. His ego Classibus septem, aut omnia, aut certe pleraque omnia, complexus sum testimonia, quæ Bellarminus: & Salmero; alio vt dixi ordine enumerarunt. Quæcunque omissa sunt, vel sequioris sunt ætatis, Rabanus, Radulphus, Petrus Damianus: vel alio pertinent, vt Cæsarius Arelatensis ad Purgatorium: vel certe leuioris momenti, quam vt recitatis aliis, illa quicquam desideret: quod si desideret tamen, facile erit ad eas classes reuocare, quæ non testium perlonas examinant, sed testimoniorum pondera metiuntur.

C A P. XV.

*Lutheri, Philippi, Caluini, Chemnitii, iudicia de
Veteribus.*

I. **M**agnum aliquid se esse assequitos confidunt Papistæ, tanto testium & testimoniorum exhibito catalogo. Sed spero manifestum fore, nihil illis inde esse virium, aduersus veritatem: manifestum potius, adeo impotenter ipsos se prædicataz opinioni permisisse, vt nullo iudicio omnia corraserint, quæ ad rem, quæque extra rem, delectatos nudo quodam vicinorum vocabulorum sono: vt quia Veteres vñ sunt iis phrasibus, quibus post ipsi abusi, ideo rem concludant vtrinque non esse dissimilem.

II. Sed prius, quia Bellarminus, Lutheri, Melanchthonis, Chemnitii, solutiones examinat, eas & nos breviter considerabimus, antequam nostras ipsi proferamus. Lutherus in Assertione artic. 5. Verum dixi, arbitriam istam satisfactionem nec in Scripturis, nec in Patribus inueniri: inueniri autem penam irremissibilem à Deo impositam, ut Psalmo 88. Visitabo in virga iniquitates eorum: & in verberibus hominum peccata eorum. Quid opponit Bellarminus? Lutherum aut non legisse, aut non legisse fingere monumenta Veterum. Se vero ostendisse singulis etatibus non defuisse, qui satisfactionem docent.

III. Sed grauis, constansque aduersarii negatio, non solet tam scurrili-
bus nugis eleuari. Legerat Lutherus monumenta Veterum; & præ se ferbat
legisse: utrumque res ipsa docet. Lectis enim illis vere pronunciauit, si eti-
am rem esse, quam oppugnare: neque habere autoritatem à Patribus, ne-
dum à Scripturis: & vere dixisse, Bellarminus efficit ipse, ut credamus: nihil
opponens, nisi singulis seculis satisfactionem fuisse traditam. Atqui, hoc
Lutherus non negabat. Sed negabat arbitriariam satisfactionem. Audi lo-
quentem, & acculacientem aduersariorum suorum calumniam: *Maliciose hunc*
articulum congerserunt. Non enim negauit contritionem, & confessionem, sicut
tamen sonat articulus, & ipsi videri me talia docuisse volant: sed satisfactionem
negauit, quodcumque ipsi docent: quod mihi non erit difficile probare. Ostendant, si pos-
funt, ubi in toba Scriptura, unus apex, aut iota scribatur, pro peccato mortali uno
debet satisfieri septem annis. Dicant, ubi pro differentibus peccatis, differentes
penas statuat Christus, & Apostoli. Nonne haec omnia sunt postea inuenta ab E-
piscopis? Imo, dent unum ex antiquis Patribus, in quo legantur quadrigena,
septena, & similia. Vbi fecerint, libens reuocabo. Satin' perspicue? Satin' con-
fidenter? Ethunc Bellarminus aferat non legisse monumenta Veterum?
Quanquam, quid legerit, quid non legerit, neque nostra, neque Bellarmini
cura esse debet: sed, quid vere dixerit, quid sit mentitus. Lectio priuati est la-
boris, priuatae utilitatis. Sed veritas, & mendacium publici aut emolumenti,
aut damni. Hoc igitur debuit Bellarminus fatigere: si falsa, constans refu-
taret.

I. Atis neque illud vult, neque hoc præstat. Singulis ætatibus, inquit, non defuere, qui satisfactionem docerent. Egregie, magnifice. Quasi neganti mihi hodie sudum esse: ille contra hodie aleserat diem esse. Et neganti, Ciceronem fuisse hominem Christianum: ille deieret, fuisse hominem. Speculum admissi risum teneatis. Ita nugas doctus agere. Sed quæ Lutherus flagitabat, ut sibi vel è Scripturis confirmarentur septennia in singula peccata mortalia; variatam poenam, pro variatis peccatis: aut ex antiquis Patribus, quadraginta, septenæ, denique arbitriae penitentiaz: hæc, inquam, flagitabat Lutherus. Bellarminus non præstat: & sciripræstate non posse: quantum monimenta Veterum & legent, & legisse non dissimulet. Itaque, nos habebit Lutherus suffragantes. Nos, inquam, qui & legimus, & legere profitemur monumenta Veterum: & si non legamus illo saltu indicante: indicate etiam Salmerone, & si velis, Iodo co Cocco, ~~discrepantibus~~: sumus omnibus ex parte: nos, post Lutherum, affirmamus, hoc quicquid est arbitriae, addo nugatoria, id est Papistica satisfactionis, nouitium inuentum esse.

V. Roffensis pudenter: et si non potuit ne ipse quidem docere, menitum Lutherum; tamen vel inani verborum fono, virum quantumuis constante, terrere conatus est: *Quid si, inquit, non de septenni satisfactione, mentio pecularis in sacris literis habeatur? Quid si non quam lectum sit, Christum, aut Apostolorum pro differentibus peccatis, differentes paenam satisfuisse? E: demnm, quid si dari non potest unus ex antiquis Patribus, in quo legantur quadragena, septena? Num propterea satisfactio non erit pars tertia portentis?*

V. Lepidus homo, ita mihi Papa sicut propitiis! qui, et si habitent domos
luteas, tamen audiunt numina, audiunt dii. Vnum dolendum in tam lepro-
homine, quod tam subito lagena defecerit, & non perrexerit. Quid si nusquam
purgatorum est? quid si nusquam merita? quid si nusquam preparationes
ad gloriam? quid si nusquam opera nullo modo peccata? quid si nusquam

opera supererogatoria? quid si nusquam Missa? Detique; quid si nusquam Papismus ipse in vniuersum? Nam qui semel verecundie fines prætergesitus est, hunc nauiter oportet esse impudentem. Quasi vero nihil intersit indecunque orta sint, quæ obseruantur in Ecclesia? Quod si est, quid frustra macerant seipso homines stultissimi, in euoluendis Veterum monumentis? Cur non recant potius nodum, ἀλεξανδρεῖον cui soluendo non sunt, & hoc vno; αὐτὸς εἴφα confisi, semel pronuntiant; omnia haud aliter obseruanda quam sunt instituta. Imo non instituta: nam id Scripturam redoleat, & monumenta Paratum: sed quam sunt in vnu præsent, quomodo cunque tandem olim instituta. Quod si non audent, qui tamen vix nihil audent: videntes recte, & legitime postulari rationem institutionis, originemque inquit consuetudinis.

VII. Verum tamen attendite. Reperit tandem aliquid Roffensis, sedulus scilicet, in euoluendis Veterum monumentis: aliquid inquam, reperit, quod obstruitur os Lutheri importune neganti antiquitatem arbitriariorum huius satisfactionis. Facile presumas, non esse quicquam è triuio, quod huic tam solemní prouocationi opponatur. Quid est ergo? Si fides, inquit, habenda Yuoni, qui Carnotensis Episcopus fuit, doctrinaque pariter, & sanctitate non infimus: is tam ex Conciliis, quam Patribus, multa colligit, pro quadragenis, & septenis illis: crebram satisfactionis, & canonum pénitentialium facit mentronem. Interdum Hieronymum introducit de iis loquenter, *Mensaram temporis in agenda pénitentia, idcirco non satis aperte presigunt canones pro unoquoque crimen, ut de singulis dicant, qualiter uniam quodque emendandum sit; sed magis in arbitrio Sacerdotis intelligentis relinquendum statuant, quia apud Deum non tam valet mensura temporis, quam doloris: nec abstinentia tantum ciborum, quam mortificatio vitiorum.* Propter quod tempora pénitentia fide & conuersatione pénitentium abbreviata precipiant, & negligientia protelanda existimant. Tamen, pro quibusdam culpis, modi pénitentia sunt impositi, iuxta quos catena perpendendo sunt culpa, quim si facile per eosdem modos vindictam, & censuram canonum estimare.

VIII. Et profecto verum est, multa apud hunc Yuonem legi de istac arbitria penitentia: nec quadragenas, septenasue tantum, sed plura alia interualla, puta cap. 187. part. 15. quæ est de Penitentia, annorum viii & viginti, quatuordecim, decem, septem, quinque, quatuor, trinim & semis, trium, viii. Et quidem tam prouide pensatis peccatis, ut quum ei, qui semel adulterium admiserit, quinque: qui bis, decem annos assignet, tamen septem iudicari sufficere, non tantum ei qui hominem sponte occidierit, sed etiam Sodomita. Descripsit etiam modum penitendi singulis annis, qui ie- iunandi sunt (hæc eius phrasis, solennis, puto, ei arti) in pane & aqua. Caus enim putes, toto anno continuandam tantam vitæ austerioratem. Quis enim sufficiat ad ferias duntaxat secunda, quarta, sexta: nam tertia, quinta, & Sabbato, permittruntur minuti pesciculi: aut hi si haberit nequeant, saltem viii generis pisces: (nam videris, et credo, ille aliquando aliquam pescem, quod tamen esset multorum generum, initia Tragelaphi, Chimaræ, Hippocentauri) præter pisces, legumina, olera, poma. Anno post secundo, sua quædani diæta describitur laxior. Et quia tam duram penitentiam non omnes valent sustinere, tradit tedemptionis modum. Qui dies iejunari debent in pane & aqua, eos singulos redimi posse, quinquagenis Psalmis decantatis: quod si Psalmos non nouerit, tribus denariis diues, uno pauper redimito; editoque quicquid volet, excepto vino, carne, sagamine. Alterius. Si quis forte non potuerit iejunare, & habuerit unde possit redimere, si diues fuerit, pro septem hebdomadibus, det solidos viginti: si non habuerit unde tantum possit dare, det solidos decem: si autem multum pauper fuerit, act solidos tres. Qui non potest sic agere penitentiam, ut superius diximus, faciat sic: Si tres annos continuos iejunare debet, & iejunare non potest, sic redimere potest. In primo anno erogat in elemosyam solidos viginti. In tertio anno solidos octodecim. Hoc sunt solidos sexaginta quatuor.

IX. Hæc omnia, & multo plura Yuo. Ille Yuo Carnotensis Episcopus; ille doctrina pariter & sanctitate non infimus, O quem suspiciant omnia secula! Sed & miraculū? Quū alii magni viri soleant magno Ecclesiæ detrimēto denasci: hic magnus vir magno detimento Ecclesiæ natus est. Quia tā sero natus seculo demū vndeclimo, & quidē excēunte: vt necesse fuerit tā elegan-
tia mysteria incognita esse priscis illis seculis: bonis seculis: si tamen bonis: quibus Spiritus nondum se tam abundanter inflinxuerat, vt hæc magna con-
tra purgatoria carnificinam remedia irent somniatum. Nam quod Hieronymi
mi verba refert, sua fide refert, ex dictis, ita enim habet, Hieronymi: quod
quid monstri efficiant quis, vnuquam liber diffit, Hieronymi est complexius,

X. Ignoscito ergo Lutheru Roffensi bonus Episcopus: non mentio; Vtrumque enim verum: & Apostolos, Apostolicosque viros: & Patres Veteres, haec omnia plementia arbitriar, quantumvis elegancia commenta ignoras: & Yuonem fuisse Apostolis, Apostolicisque viris, atque etiam Partibus omnibus meliorum seculorum longe eruditorem. Simul tamen memento non comparari eruditionem, sed duntaxat queri, vtrum haec somnia fugerint Cascos illos viros: adeo vt si hoc obtineat Lutherus, satis sibi factum putet; permittatque Roffensi Yuonis priuilegias.

XI. *Philippus, in Apologia Confessionis c. de confessione, & satisfactione, Hectores, inquit, est commentitia, recens confita, sine autoritate Scriptura, & Veterum scriptorum Ecclesiasticorum. Ac ne Longobardus quidem de satisfactionibus hoc modo loquitur. Scholastici viderunt in Ecclesia esse satisfactions: nee animaduerterunt illa spectacula infinita esse, tum exempli causa, tum ad probandos hos, qui petebant recipi ab Ecclesia. In summa, non viderunt esse disciplinam, & rem prosternit politicam. Ideo superstitione fixerunt eas, non ad disciplinam eoram Ecclesia, sed ad placandum Deum valere.*

XII. Hac verba refutaturus Bellarminus ; primam de Longobardo agit, tum de Patribus. Miratur frontem Philippi, qui negare audeat, extare apud illum testimonia illius satisfactionis , de qua Scholastici loquuntur, quum hi apud eum inuenient ea, de quibus disternerunt copiosius. Tum autem ipse Longobardus distinct. 16. libri 4. ita concluserit his Augustini verbis, *Ad agendam penitentiam non sufficit mores in melius committare: & que sequuntur, c. præced. à nobis descripta. Quod Patres attiner, Elyricum ingue fateri, omnes Patres agnoscere satisfactionem quæ Dominum placet, & peccata redimat. Caluinum fateri, Patres à partibus Papistarum stare, atque eos reprehendere, quam sequi, virilius esse.*

XIII. Sed qui frontem in Philippo desiderat, suam nimium quantum perficuit. Nam Philippus Lombardum vere dixit non ita loqui de satisfactionibus, ut Scholasticos, ut Papistas hodie. Hi enim docent (inquietant) in remissione peccati, Deum remittere culpam: & tamen, quia conuenit iustitia diuina punire peccatum, mutari penam aeternam, in penam temporalem. Addunt amplius, partem illius temporalis penae remitti potestate claustrorum, reliquum autem redimi per satisfactiones. At, sic docere Lombardum, negat Philippus. Si mentitur, cur non profert Bellarminus Lombardi verba, quae illis, si non sono paria, at saltem sensu similia sunt? Nulla habet, & tamen audet obloqui.

XIV. At Scholastici in Lombardo inuenierunt, quae prolixius disputarunt. Facilius, inquam, assumptum quam probatum. Nam, quis Scholasticos nescit omne genus, & quæstionum, & determinationum congerere in sua commentaria dicam, an commentaria in Lombardum: occasione captata, ima affectata, saepe leacula, aliquando etiam inuita? Sed non si illi multiplicant somniationes suas, ideo omnium habent autorem Lombardum. Nam de satisfactione, fateor eundem habere multa: sed de arbitriis, sed de permutationibus, de similibus nugis nihil: neque illa Augustini co-pertinere, post paulo constabit.

XV. Patres omnes satisfactionem agnoscere, non tam Illyrico credo, quam ipsis corum testimonio. Sed arbitriam, sed desultoriam, à pœnæ ad ieiuniū, & ieiuniū ad Psalmos: à Psalmis ad nummos: neque Illyricus dixit eis cognitam: neque nos concedimus. Negamus etiam à Caluino dictum unquam, Patres à Papisticis partibus stare: et si docendi rationem non probavit: quod iam considerandum.

XVI. A Caluino igitur hæc describit Bellarminus. Ex Institut. lib. 3. cap. 3. §. 16. *Eiusmodi exercitii saepe commemorant veteri Scriptores, quum de penitentiâ & fructibus loquuntur. Quanquam autem vim pœnitentia minime in illis reponunt, veniam tamen mihi dabant lectores, si dixerit quod sentio. Plus & quo certe insisteret in his videtur: ac si quis prudenter expendat, mihi, ut sacerdotus assentietur, dupliciter eos modum excessisse. Et cap. 4. §. 38. Parum me mouent, quia in Veterum scriptis de satisfactione passim occurruunt, Video quidem eorum nonnullos, dicam simpliciter, omnes fere quorum libri existant, aut hoc in parte lapsos esse, aut nimis asperre & dare loquuntur. Ex lib. 4. cap. 12. §. 8. Quia in parte excusari nullo modo potest immoda Veterum austoritas, que & proferit à Domini prescripto diffidebat, & erat mirum in modum periculosa. Ex his Bellarminus constare putat, Caluinum confessum, Patres à partibus stare Papisticis.*

XVII. Post, ex cap. 4. §. 39. *Vocasse satisfactionem, non compensationem, quia Deo redderetur, sed publicam testificationem, quia, qui excommunicatione multati fuerant, quin in communionem recipi vellent; Ecclesiastis reddebat de sua pœnitentia certiorem. Et post, Atque ita dicebantur, non Deo, sed Ecclesia satisfacere: quod etiam his ipsis verbis ab Augustino expressum est, in Machiridio, cap. 65. Et his refutandis, opponit Bellarminus, Augustini non dicere quidem, pœnitentes Ecclesia satisfacere: sed non addere negationem illam, non Deo. Et cap. 7. per eleemosynas esse propitiandum Deum: & sequenti, pro leuiibus peccatis orationem satisfacere: homil. 50. non sufficere, mores in melius mutare, nisi etiam de his quæ facta sunt, satisfiat Deo. Et in Psalm. 50. Satisfactionem requiri, ut peccatum non maneat impunitum.*

XVIII. Sed Bellarminus, suo more, parum est fidelis. Incipiam à postremo, ubi fateor non posse negari, apud Patres saepe legi, satisfactionem Deo pro peccatis: itaque merito Caluinum reprehendendum, si hoc negasset. Sed ille profecto nusquam negauit: verba eius sunt: *Vocarent autem ut plurimum satisfactionem, non compensationem: & quæ post descripsit ille. Vbi fides omissem particularum, ut plurimum, cuius ea vis est, ut non vniuersaliter, atque extra exceptionem pronunciet: adeo non potuit absque insigni fraude amputare: nimium, ne infirmitas obiectum per se ipsa pateret. Nam quid tum, si alibi legas, satisficer Deo: an propterea falsum, legi etiam, satisficer Ecclesia? Atqui, neque hoc negat Bellarminus, neque illud Caluinus. Vnde scire? Non tantum, non vniuersaliter pronuntiavit hic: sed alias satis aperte improbavit Veterum loquendi rationem. An credat quiquam improbatum, si nihil nisi satisfactionem Ecclesia legislet?*

XIX. Præterea, cur illud duntaxat Bellarminus exaggerat de satisfactione Dei; quasi solis iis verbis Caluinus hæreret, & neglexit definitionē rei? Nō cōpenſationē, inquit, quæ Deo redderetur. Atqui hic nodus est. Etsi n. fatear, saepe legi apud veteres, satisfactionē Dei; tamen cōpenſationē Deo redditā, nemo nominauit: nemo iudicauit: q. paulo post video: hic breuiter: satisfacere Deo pro peccatis, minime omnium est compensationem ullam Deo reddere.

XX. Denique, satis ostendit Caluinus, si loqui non de quaquis pœnitentiis, sic loqui Patres: quod videri voluit Bellarminus, ut si uero illud adderet de quotidianis peccatis, & oratione. Sed de ea, quæ canonica fuit appellata tādē. Nonne enim diserte de iis qui excommunicatione mulctati fuerant? Imo, nonne additum quod Sophista maluit omissum: *Indicebantur enim illis pœnitentiis certa ieiunia, & alia, quibus se prioris vita vere, & ex animo pertusos esse approbaret, vel potius prius memoriam oblitterarent: atque ita dicebantur, non Deo sed Ecclesia satisfacere. Quare, hæc Caluinī solutio, et si non vniuersalis, tamen non fuit tam fatidiole repellenda. Nam ab Augustino non additam particularam, non Deo, quid habet virtutem? Nam Caluinus addidit de suo, illustrationis gratia, ut sole fieri in diuersis.*

XXI. Sed præcedentia, cuius tandem esse dicam cerebri? Aut, quomodo ex iis conficitur, Caluinum agnoscere, Veteres stare à partibus Papistarum? An, quia quoscunque ille improbat, si sunt ab iis partibus? Beatos Papistas multitudine noua patronorum. Nam, profecto Caluinus non probat Turcas, non probat Eutychianos, Pelagianos, Nestorianos, Arrianos: mille alios tales. Veruntamen addiderat Caluinus, *Vim pœnitentia minime in illis reponunt. At Papistæ vim pœnitentia in illis reponunt: & adeo reponunt, ut absque iis vix ac ne vix quidem ullam pœnitentiam agnoscant. Ergo teste Caluinus, non stant à partibus Papistarum Veteres. Adde, quæ verba utiliora sibi sperauit Sophista, si suprimerentur, Non concedam eos ipsis adeo fuisse rudes, & imperitos, ut eo sensu illa scriperint, quo à nouis istis satisfactionariis legitur. Ergo rursus, teste Caluinus, non stant à partibus Papistarum Veteres. Nam si starent, eodem sensu essent loquuti.*

XXII. Verum dixit Caluinus, Nimios fuisse Veteres in commendandis pœnitentiis exercitis; & dupliciter modum excessisse. Ergone à Papistarum partibus Veteres? Cur magis quam à Catholicorum partibus olim Nouatiani, nimii in exaggerandis peccatis, & commendanda sanctitate? Quam à

Manichæorum partibus Syrius, nimius in blasphemando matrimonio? Quam ab Eustathianorum partibus Papistæ, nimii in commendanda vestitu sanctimonio? Veterum portus simias dixeris vere nostros Papistas, qui verbo tenus ea commandant exercita cum Patribus: quanquam rem penitus mutant. Sed quomodo Veteres, excellit dicat Caluinus, cur reticuit Se phista? Dupliciter inquietabat: vel, quin immode dicis elogis commendarent corporalem disciplinam: vel, quin in exigendis castigationibus essent rigidi. Quorum capitum, ut de priori nihil dicam: certe posterius, quis per displace posse Papistis, qui illam Veterum disciplinam, quasi aliquas Draconis leges sanguine scriptas, quotidie nouis indulgentis, redemptionibus, dispensationibus moliant: consulentes iis qui non possunt annum integrum ieiunare, uternas singulis hebdomadis feligant. & qui hoc non possunt, ut Psalmos cantillent ad numerum; & qui rufus huic tanto oneri impares erunt, saltem numulos crogent.

XXIII. Sed Caluinus, inquit, satis a parte arrogantiam suam, & superbiam intolerandam prodit, dum ipse vnu tot Ecclesiæ lumina, quæ variis temporibus non solum doctrina, sed etiam probitate incomparabili, & pars etiam miraculæ, aut martyrio claruerunt, proorsus contemnere, & castigare non erubescit.

XXIV. Agnosco Iesuitæ mores: quod genus homines ædificant sepulcra Prophetarum, & ornant monumenta iustorum. Enim vero longe, longe aliud est, idoliolatria veterum Patrum: aliud imitatio eorum virtutis, & doctrinæ. Nunquam, nunquam quantumque est in orbe Iesuitarum efficiet, ut, qui viri, doctrina, probitatem, miraculis, martyrio claruerunt, eorum nemo, aut à sententia discedere, aut verbis offendit vlo modo debeat. Neque si ipsi pecora sint seruitio nata, &c, ut ipsi loquuntur cæcæ obedientiæ; ideo Christianos non deceat, probate spiritus, vtrum sint à Deo. Probauit Caluinus: iustas inuenient causas discedendi: imo nō discedendi, sed certe recedendi. Quis, non stupidus, damnet viri libertatem? Sed contemptum calumniose Bellarminus addidit, qui nunquam Caluinum venit in mentem.

XXV. Supereft Chemnitius, qui Veteres loquutos per hyperboleum dixisse, peccata, penasque peccatis debitas purgari, compensari, tegi, iudicem placari, & reconciliari operibus illis satisfactionum. Cyprianus eo usque progressum, ut affirmaret peccatum non dimitti, nisi absolutis & completis Canonis satisfactionibus: excidisse ei inconsiderate, delicta ante Baptismum contracta, Christi sanguine, & satisfactione purgari: at fordes postmodum contractas elemolynis ablui.

XXVI. Bellarminus primum; ut in Caluinio, sic in Chemnitio superbiam crepat, & arrogantiam. Quasi ipse modestiam profiteretur, & moderationem: aut solus profiteretur. Sed a suis præteriens si lutum aspergat, vestes sordidat, non etiam corpus laedit. His ergo missis cætera videamus. Excusat locos Cyprianis obiectos: post, hyperboleum explicat: Cyprianum ergo, quum dixit peccatum non dimitti, nisi absolutis canonis satisfactionibus, loqui non de quacunque remissione; sed plena, atque integra, quoad culpam, ac pœnam: & hanc tum aeternam, tum temporalem: id est, non negare hominem lapsum post Baptismum, ante completam satisfactionem, posse Deo reconciliari. Sed negare plene remitti illi peccatum, quoad culpam, & omnem pœnam, nisi per opera laboriosa diuinæ iustitiae fucit satisfactionem.

XXVII. Ego vero, quid pro certo respondeam, non habeo: qui locum nullum memini legi apud Cyprianum, in quo tale quid assertum sit: amplius dico, ne olsentatum quidem ullum à Bellarmino; non etiam à curiosiore Salmerone, non denique à curiosissimo Coccio. Nisi forte epistolam 10. Chemnitius habuerit in animo, cuius argumentum videtur habere quipiam simile. Nam, lapsis nonnullis in idolatriæ crimen, ob seueritatem perfequentis, quum esset de more imposita pœnitentia, martyres in carcere constituti, postularunt iis dari veniam: vnde factum, ut nonnullis admittentur ad pacem Ecclesiæ; quanquam nondum explerò pœnitentia tempore. Id Cyprianus grauerit tulit, palamque improbavit. Et, hac qui subtrahit fratribus, inquit, nostris, loca, tempe, Scriptura à se præmissa, quibus grauias eius peccati describebatur. Decipit miseros, ut qui possunt agentes pœnitentiam veram Deo Patri misericordi precibus, & operibus suis satisfacere, seducantur, ut magis pereant: & qui erigere se possent, plus cadant. Nam, qui in minoribus peccatis a gaat peccatores pœnitentiam iusto tempore, & secundum disciplina ordinem ad exomologism veniant, & per manus impositionem Episcopi & Cleri, ius communicationis accipiunt, nunc crudo tempore, persecutione adhuc persenerante, non dum restituta Ecclesia ipsius pace, ad communicationem admittuntur, & offerunt nomen eorum, & nondum pœnitentia atta, nondum exomologesi facta, nondum manus eis ab Episcopo, & Clero impensis: Eucharistia illis datur, quum scriptum sit, Qui ederit panem, aut biberit calicem Domini indigne, reus erit corporis, & sanguinis Domini. Quibus similia repetuntur epistola sequente.

XXVIII. Viderit Chemnitius, viderit Bellarminus: sed hoc si est, tum profecto imponere voluisse Bellarmine fidenter pronuntio: aut certe non assequutum esse Cypriani mentem: ne verba quidem ponderasse. Loquitur Cyprianus, inquit, de plena & integra remissione: intelligo velle Bellarminū à Cypriano negari remissionem solius pœnae temporalis: & vero ita fateor aut loqui, aut tentare debuisse, ut staret à Patribus Papisticis. Sed ita loquuntur esse, aut sensisse constanter nego. Nam primum, Cyprianus scripsit, eos, sic seductos, ut communiquerent ante confessam pœnitentiam, magis perire: plus cadere. Quid hoc est? Aut quomodo intelligendum de temporalibus pœnas solis? An apud Papistas legitima phrasis est, eos perire, qui abundat in purgatorium? Certe apud Catholicos, non nisi eos, qui in gehennam. Rursum, eos qui Eucharistie communicent nondum facta exomologesi, pronuntiat Cyprianus, edere indigne: bibere indigne: reos esse corporis, & sanguinis Domini. Hæc pœna est, au potius culpa? Et culpa mortalis? Quare Cyprianus id potius voluit, quicquid susterit Iesuita, eos qui non implent tempus satisfactionis, nullam habere peccatorum remissionem: exceptis tamen iis, qui morte præueniuntur. Nam his etiam pacem dari iubet. Sed hæc exceptio non obstat, quominus inconsiderate dictu Chemnitius obseruare debuerit.

XXIX. Inconsiderate rursus dictum, peccata in Baptismo dimitti fanguine satisfactione Christi: & post Baptismum, eleemosynis. Excusat Bellarminus non negare, peccata post Baptismum commissa, merito passionis Christi deleri: sed solo illo merito plene deleri, quoad omnem culpam & pœnam.

XXX. Sed hæc purgatio in mentem penetrat Cypriani: at Chemnitius verba accusabat: inconsiderate, aiebat, dictum excidit. At ego, etiū hanc mentem Cypriani esse concederem: imo si agnoscere, veram mentem esse, & faciam: tamen negarem adhuc considerate loquutum: dicerem eo potius esse loquutum inconsiderate, quod eam mentem non expresserit: imo periculose expellerit. Mentiar, si vel in toto illo tractatu de opere, & eleemosynis, vno verbo eam mentem indicarit. Si non contrariam expresserit, apud eos, qui loquendum esse sciunt cum multis: & negant verborum usum esse priuati instituti. Peccata ille distinguit in ea, quæ ante, & ea quæ post Baptismum. Illa remitti pronuntiat sanguine Christi: hæc vero eleemosynis. Quis ignorat in huiusmodi disputationibus assignari sua cuique propria? Exempli gratia, dicit Bellarminus, per sanguinem Christi in Baptismo plena remissio est: post Baptismum semplena. Quis non videt confici, in Baptismo non dari semplenam, post Baptismum non plenam? Dixit Paulus, ad Rom. 2. Reddimus iti, si quidem qui persistant, gloriam, & honorem, & immortalitatem: si vero qui veritati non obtemperant, sed obtemperant iniustitiae, exandescientiam, & iram. Quis hæc dubitauit ita dicta, vt negetur reddi aut illis exandescientiam, & iram: aut his gloriam & honor? Dixit Christus, Ioan. 12. Qui amat animam suam perdet eam: & qui odit animam suam, in hoc mundo, in vita aeternam custodiet eam. Nonne verum, qui amata animam suam, non custodierit eam in vita aeternam: & qui odit eam, in hoc mundo, non perdet eam? Atqui similiter disparuit Cyprianus, *Loquitur in scriptis suis*, dicens *Spiritus Sanctus, & dicit, Eleemosynis, & fideli purgantur: non utique illa dilecta, qua fuerant ante contracta: nam utique illa Christi sanguine, & satisfactione purgantur.* Et neget quis aut significari potuisse, peccata præcedentia non purgari Eleemosynis: sequentia, non sanguine Christi? Si significatum, impius fuerit Cyprianus. Sed deinceps non significatum: & vero ego quidem nolo significatum: sed quia significari potuit: ergo inconsiderate dictum, non magis libere, quam vere, & opportune dictum à Chemnitio. Neque putem hanc mollissimam, hanc fraternalm censuram ægre latum ipsum, si in viuis esset, Cyprianum: agnitorum potius à se minus dictum, vt olim Augustinum admonitum ab Hieronymo, etiū amarioris fellis viro.

XXI. De hyperbole responder primo; si concedatur, tum pro se facere. Omnem enim hyperbolam requirere, vt vere aliiquid subsit in re, licet non tam excellenter, quam verba significant: alioquin non hyperbolam, figuram; sed mendacium. Sic Psalmus 107. *Ascendit usque ad caelos, & descendit usque ad abyssos:* sic hyperbolica loquutio est, vt tamen naues à fluctibus interdum valde alte tollantur, & deprimantur. Itaque, nisi aliquid, imo nisi multum valerent opera laboriosa, ad pœnam peccatorum expandam, Deum que placandum, non hyperbolæ, sed falsa Patrum loquutiones essent. Quare, si qua hyperbole est, in eo est, quod significare videatur, purgari peccata, quoad culpam & pœnam, tum aeternam, tum temporalem: quum tamen re ipsa, ac sine hyperbole, quoad pœnam tantum, atque hanc temporiam.

XXII. Respondeo; primum, negari posse, quod sumitur, omni hyperbole subesse verum. Nam sermonem, non tam rerum veritatem significare, quam humanum de rebus quibusque conceptum: & hunc non tantum esse verum posse, sed etiam falso: in utroque hyperbole, quum id quod, aut verum est, aut verum esse putatur, quo loquitur, exedit. Sic, qui induxit in animum, suas esse omnes naues soluentes è Pyraeo; hyperbolice poterat dicere, tota naues esse, quot in sylvis folia; non quot multas habet, quæ veritas fuisse: sed quod multas habere putaret: quod erat mendacium. Apud Plautum Epidicus Miles, *Virrute belli armatus promerui, ut mibi omnes mortales debeat agere gratias.* Inquire: mendacium est hyperbolicum. Et infinita huiusmodi maxime apud Poetas, qui in iis quæ fingunt, etiam modum negantur.

XXIII. Veruntamen nolim ego quidem Veteres omnes sic accusare, id est, laudem in eos transferre Scholasticorum, sive Papistarum. Quare concedo sane, illorum hyperbole subesse verum. Sed id quod Bellarminus obtulit, nego: non enim est verum: itaque ex eius regula, non hyperbole est, verum mendacium. Dico igitur sic accipendum: quia pœnitenti dimittuntur peccata: & pœnitentia vera tota incumbit bonis operibus: addit etiam lacrymas, planctus gemitus, ieiunia: inde dictum, his operibus diluit peccata. Itaque, huic hyperbole hoc subesse verum: pœnitenti dimitti peccata: iterum alterum, pœnitentem ea opera exercere. Exaggeratio hyperbolica dixit, eas opera diluere peccata: satisfacere Deo: iram placare, & similia: quæ sunt ex aliis, falsa: sed excusat per hyperbole: quæ utilitatem eorum operum, re vera magnam, auxit in immensum; vt tanto vehementius commendarentur populo.

XXIV. Sed nunc serio Bellarminus negat hyperbolam; saltem apud omnes. In concionibus forte concedat: sed negat probabile, vel in disputationibus contra haereticos, vel in Decretalibus epistolis, quum consulentibus Episcopis responderetur: vel in commentariis, aliisue eiusmodi libris doctrinam Ecclesiastica simpliciter tradentibus. Nam, hos omnes docere, peccata redimi.

XXV. Ut versatile est ingenium! vt paratum negare, & affirmare. Nunc statim audiuitus concedentem, videri hanc phrasim, Peccata redimi, comprehendere, tum culpam, tum pœnam, & hanc tam aeternam, quam temporalem: atque inde esse hyperbolam: nunc eandem negat esse hyperbolam in disputationibus, in decretalibus, in commentariis. Quid vanius potuit dici? Ergone in concionibus ambigua erit una eademque phrasis, non ambigua in reliquis? Et si eam Cyprianus proferat ad populum, verendum ne plenam absolutionem significet, non verendum si Hieronymus scribat, aut Ambrosius, aut Innocentius? Scilicet, desierunt apud Papistas, *εἰ ἡ γέρων οὐκαντινή ταύτη φαίνεται.* Nam, si essent, ergo tam pœna, quam dicta, idem significarent. Si igitur propterea in concionibus, phrasis, peccata redimi, hyperbolica est, quia videtur plenam remissionem significare, erit etiam in disputationibus, decretalibus, commentariis, hyperbolica: aut si non est, tum necesse erit, non esse hyperbolam eam ob causam: contra quam Bellarminus autumabat.

Tom. III.

CAP. XVI.

Distinctior consideratio autoritatum Veterum.

I. **N**e ego quidem sperem posse omnium Veterum in hanc partem *Hyperboleas* omnes exigi ad amissum simplicitatis Christianæ, sinceritatis Apostolicae: & ferio optarem, ne inquam illi sibi permisissent, à phrasibus Scripturæ tam procul recedere. Dicam tamen libere, & confidenter, non frustra Calino persuasum fuisse, non eo sensu scriptisse illos, quo à nouis satisfactioniari leguntur. Verum enim hic fuisse, vt in aliis rebus: non ibi subfistere exempla, vnde cœperunt; adeoque paulatim deerratum magis ac magis, donec vix vestigia remanent veræ pœnitentiae. Proh Dei atque hominum fidem! quis crederet Apostolos, quum prædicarent pœnitentiam, significaturos hanc indulgentiarum inundationem, quæ regnat in Papatu! Quis sperasset, quum auditum esset à Christo, *date eleemosynam, & omnia erunt vobis munda,* futuros aliquos Christianos, qui præsentibus pecuniis considerent se redemptos peccata sua. Futuros in Ecclesia doctores, qui certis nummis delicia taxarent! Næ, sola Africa, non generat monstra. *Dim* plenius hac de re tota: nec omitit Bellarminus obseruatunculas.

II. Primum omnium distinguenda sunt diligenter ætates Ecclesiæ. Quod, quum sit commune plerique omnibus controversiarum capitibus, tum hic nominatum admonetum: quandoquidem tam apertum, tam longum discrimen est rerum, vt omnino iniquum sit, eorum quæ legas in primis feculis, interpretationem petere à postremis: vix etiam à mediis æquum, aut saltem iis, qui proxime post media. Vnicus ferme Bernardus est meritus non reiici: qui longe alter, quicquid ad iustificationem pertinet, disputauit, quam solerent sua tempora.

III. Eodem capite continentur, & supposita scripta, cuiusmodi sunt quæstiones illæ Iustino adscriptæ; Ambroso, epist. ad Vercellenses, & ad virginem lapsam: Episcopis Romanis, Decretales plurimæ: Augustino, liber de pœnitentia vultate. Hæc enim omnia, etiū non omnia ciuidem ævi, tamen incertum est, cuius sint: ideoque autoritatem obtinere non possunt. Sed hæc satis esto monuisse: ad rem venio.

IV. Prima, secundaque classis otiose proferuntur: neque enim controversiam nostram attingunt. Pœnitentiam illa commendant, tum priuatam, tum publicam: nec nos sane reiiciimus: imo, priorem absolute necessariam dicimus omnibus Christi quis adultis: & adeo necessariam, vt viuens debat occurrere vitam; quandoquidem nemo sit, perfeueretque absque peccato: non fiat autem illa renascentia peccatorum, cui hæc non displicant, placeat autem sanctificatio, atque inde mutetur habitus. Itaque, nulla possunt in hanc partem proferri Veterum testimonia, quæ nos, non toto corde admittamus. Bona etiam opera inde pendentia, orationes, eleemosyna: mo tristitiam, dolorem, luctum, ieiunia, quæ à nobis reiici dicat, immanem fæcum, calumniatore exhibebit. Quanquam enī *πάτερες* & Pætres adhuc beantur, quum Scripturarum sit autoritas longe maxima: & loci plurimi non obscuriores.

V. Alteram pœnitentiam, quam publicam dicimus, nec contentam intimes animi penetralibus, Deo soli cognitis, sed testimonium querentem etiam Ecclesiæ, in qua quisque est peccator: etiū non semper necessariam, vel ipsi dicant aduerteri; tamen nos etiam etiam vsus admisit, vtilem adficiendæ Ecclesiæ; ipsi etiam peccatoribus corrigendis. Tantum moderatione temperandam, referendamque ad ædificationem, non ad destructionem: vnde factum, vt Calino displiceret nimia Veterum austoritas. Sed hic, si quid est controversia, alterius erit temporis; quum disciplina Ecclesiastica tractabitur, sive Claves Ecclesiæ. Nunc autem, Satisfactionem est præ manibus negotiorum, quatenus officit ei Doctrina de remissione peccatorum gratuita, quam hæfsumus è Scripturis. Inde non discedere cerum est.

VI. His igitur omissis duabus primis classibus, ad quas pertinet maxima pars locorum è Veteribus descriptorum; reliquas oportet diligenter introspicere. Nam & hæ sunt, à quibus sumptur erroris occasionem Papistæ: sumunt etiam pertinaciæ causam: quum nos vident abhorre ab iis phrasibus, quas identidem legunt: atque inde triumphant, quasi confessio prælio. At nos iniquum esse dicimus, verbis hæc mordicus, res ipsas negligere. Deinde pronuntiamus, vvt nobis phrases displicant, tamen non constringere Papistarum placitis, res iis significatas phrasibus. Breuiter: nego, satisfactiones Veteribus usurpatas eodem sensu cun Papistis, quod me intelligo iam debere argumentis confidere.

VII. Primum hoc esto. Satisfactiones Papisticæ, non satisfaciunt ipsi peccato. Ergo satisfactiones Papisticæ, non sunt satisfactiones Veterum. Pater maior, ex statu quæstionis: nam Papistæ distinguunt peccatum, sive culpam, & pœnam: culpam que dicunt prorsus gratis condonari: nec posse vilis satisfactionibus rediri. Itaque, satisficeri duntaxat pœnis, etiū non omnibus, Bellarminus dicit, *Satisfactionem non offerit Deo, neque exigi ab hominibus pro culpa: gratias enim nos à culpa iustificat Deus.* Sed & quum explicaret hyperbolam, quam in Patribus Chemnitius obseruabat, dixit, inde esse, quod viderentur docere, satisficeri, tum culpæ, tum pœnae aeternæ.

VIII. At minor ex ipsis constat Veterum verbis: quæ s. clasæ continentur. Hinc Cyprianus, delicta redimi. Hieronymus, præterita culpas compensari: Augustinus, de peccatis præteritis propitiari Deum. Ambrosius & Leo, peccata redimi. Hieron., charitate plurimum peccatorum tegi. Origenes, satisfaciendo delere, quod admisit est: Isidorus, reatum suum legitima satisfactione plangere. Ambrosius dilucet lacrymis peccatum suum: ieiunio eluere peccati nostra. Sulpitius, fornicationem satisfactione purgari. Quaenam Nylenus de pœnitentia, τὸν γὰρ εἰσὶν μελαῖον λύτος εἰ αφανοῦσες τὰς κακὰς, σοργαῖς εἰσεγένεται, οὐκέτι διέθετον τοις φράσεις, *Pœnitentia est dissolutio pridem opere admisitorum, sive voluntate cogitatorum.* Et similia plurima, quæ ab iis mutuo sumpta. Fallit: furto ablata debui dicere, hodie Papistæ plurimo habent in vsu: vt facile iures similitudine somni delusus, nihil inesse fraudis. Sed vide dolum. Si obicias, ab iis doceri, solas pœnas, & has quidem temporales redimiri in promptu habent, peccata pro pœnis peccatorum nominari. Eleganti subtletate: ne fures videantur, sed Domini.

VU 2

IX. V-

X. Verum, ego peccata pro pœnæ nominari apud Patres nego, isti in phrasibus. Neq; enim me oportet esse tam facilem, ut quicquid aduersario commodum sit dicere, idem mihi iustum sit credere. Vix probem illud? Primo, audis, non tantum peccata, siue delicta, sed etiam culpas, & has quidein præteritas. Enim uero, quis nescit culpam de peccato dici, non pœna peccati? De peccato quidem, inquam, quatenus meretur pœnam: sed tamen ut sit aliud peccatum, merens pœnam; imo peccatum, quatenus meretur pœnam, quam pœna. Denique, ipsos Papistas audimus saepe, in peccato distinguentes culpam, & pœnam: at in culpa nunquam: & distinet profiteentes, culpam remitti gratis, & per solam satisfactionem Christi.

X. Et tamen, si quis hanc queratur esse subtiliorem λεπτολογίαν: at illud saltem respondet, quomodo pœna redimi queat præteritæ. Dixit Hieronymus, uirgindus cuam mihi aduersarius est, si quo Portea nodo teneam: dicit Hieronymus, præteritas culpas compensari: Augustinus, de præteritis peccatis Deum propitiari: pro eo quod Cyprianus, delicta redimi; Ambrosius & Leo, peccata redimi. Ettu mihi pœnas oggannias? Nam, pœna non sunt præteritæ, non sunt admissæ: quia si præteritæ, si admissæ, redimi non possunt: neque illa mens sana cōcipiat satisfactiones vicarias præteritarū pœnarū. Hoc si absurdissimum est (& quis negat?) non potest quantū, quantū est sophistæ apud Thomistas, Scoristas, Occamistas, Iesuitas, efficeret, vt in his phrasib; pœcata, culpæque, non peccata, sed pœna tantum significant.

X. Eodem pertinet Irenæus: qui veterem cupiditatem per opera bona solui: Origenes, qui deleri, quod admissum est: Cyprianus, qui fordes dixit quascunque contrahimus ablu: Hilarius, facti veteris crimen abluere: Ambrosius, operire, & tegere delicta superiora: Theophilus, præterita peccata pœnitentia corrigi: Hieronymus. Ut præteritas delicias, per quas offenderat Deum, vita austerior compenset: Augustinus, De his qua facta sunt, satisfiat Deo. Autor commentariorum in Psalmos apud Hieronymum, in Psalm. 118. literam Phe, Non cessat fluentes lacrymarum antiqua delicta diluere: Gregorius lib. 1. epist. 39. Ut ante alia vita culpas diluant: Tertullianus, de pœnitentia c. 2. Horum bonorum, unus est titulus, salus hominis, criminum pristinorum abolitione premisso: hec pœnitentia causa.

XI. Intelligo responsatuos, ipsum peccatum, ipsam peccati culpam redimi nulla satisfactione posse: quod & nos ingenui profitemur. Sed, quid hoc ad rem? Nam, ne pœna quidem satisfieri posse, illis vicariis, arbitraris que pœnis, habemus pro certissimo. Itaque concludimus, consultissimum eile, ab his phrasibus abstinere: Sed enim cur ex eo, quod Papistæ tenent, non posse culpa satisfieri, concludant potius, Patres non esse loquutus de culpa; quam nos ex eo quod credimus, non posse satisfieri pœna; non esse loquitos de pœnis?

XII. Præterea, quid tum, si non possit satisfieri culpæ? Mominerint, non disputari nunc quidem, utrum vere sint locuti Patres: quos iam agnouimus in hyperolas excusisse, quam, utrum eadem mente cum Papistis. Nam si alia: ergo Papistæ frustra Patrum nominibus abutuntur, ad suam stabilendam.

XIV. Verum, non patiar Patribus hanc falsi notam hærente: Longe augustinus audiunt apud me, quam ut non vindicem ab infamia, quantum quidem veritas passura est. Culpa satisfieri non posse, concedo; sed quo sensu satisfieri Papistæ dicunt: culpa satisfieri posse dico; sed quo sensu Patres dixerunt. Atque adeo hoc est, quod sepedi: quodque iterum dico: nudo vocabulum sono Patribus abuti, ut idem videantur cum Patribus dicere, quem tamen longe dicant aliud. Nempe, non attentis ad rem, veritas est clapsa. Et eniam, οὐδὲ τις τὸν περὶ τὴν πάτησιν φέρειν τὸν περὶ τὴν πάτησιν, πατέσθαι τὸν περὶ τὴν πάτησιν φέρειν τὸν περὶ τὴν πάτησιν. πατέσθαι τὸν περὶ τὴν πάτησιν φέρειν τὸν περὶ τὴν πάτησιν, πατέσθαι τὸν περὶ τὴν πάτησιν φέρειν τὸν περὶ τὴν πάτησιν. Delicis indulgens in morbum delapsus es, eum inedia, & ieiunii cura. Animus laborat incontinentia: adhibeat temperantia medicamentum. Multiplici, ac nimia pecunia cupiditate in febris animi incidisti, liberalitate, & eleemosyna depellatur: hac enim est nimium expensa mentis curatio. Læsit te alienarum rerum direptio: que rapto sunt, ad proprios dominos reuertantur. Mendacium te proxime duxit ad interitum (perdes enim, inquit, omnes qui loquuntur mendacium) veritatis studio periculum evitetur. Iurisurandi violatio sublimem Zacharia filii securi insulat per aera volitatem, ac etiam minuantem: inducunt omnia: arma pœnitentia, ut seruis acies, & ielitus exierit. Impis hereticorum opinionibus aliquis infectus est, recta sententia decretis superstitionem fugato. Hac enim est pœnitentia. In candem rationem Chrysostomus, homil. 10. in Matth. Metanovom, agamus pœnitentiam. Metanovom 3. λέξι, η τὸν περὶ τὴν πάτησιν φέρειν πατέσθαι τὸν περὶ τὴν πάτησιν φέρειν τὸν περὶ τὴν πάτησιν. Delicis indulgens in morbum delapsus es, eum inedia, & ieiunii cura. Animus laborat incontinentia: adhibeat temperantia medicamentum. Multiplici, ac nimia pecunia cupiditate in febris animi incidisti, liberalitate, & eleemosyna depellatur: hac enim est nimium expensa mentis curatio. Læsit te alienarum rerum direptio: que rapto sunt, ad proprios dominos reuertantur. Mendacium te proxime duxit ad interitum (perdes enim, inquit, omnes qui loquuntur mendacium) veritatis studio periculum evitetur. Iurisurandi violatio sublimem Zacharia filii securi insulat per aera volitatem, ac etiam minuantem: inducunt omnia: arma pœnitentia, ut seruis acies, & ielitus exierit. Impis hereticorum opinionibus aliquis infectus est, recta sententia decretis superstitionem fugato. Hac enim est pœnitentia. In candem rationem Chrysostomus, homil. 10. in Matth. Metanovom, agamus pœnitentiam. Metanovom 3. λέξι, η τὸν περὶ τὴν πάτησιν φέρειν πατέσθαι τὸν περὶ τὴν πάτησιν φέρειν τὸν περὶ τὴν πάτησιν. Delicis indulgens in morbum delapsus es, eum inedia, & ieiunii cura. Animus laborat incontinentia: adhibeat temperantia medicamentum. Multiplici, ac nimia pecunia cupiditate in febris animi incidisti, liberalitate, & eleemosyna depellatur: hac enim est nimium expensa mentis curatio. Læsit te alienarum rerum direptio: que rapto sunt, ad proprios dominos reuertantur. Mendacium te proxime duxit ad interitum (perdes enim, inquit, omnes qui loquuntur mendacium) veritatis studio periculum evitetur. Iurisurandi violatio sublimem Zacharia filii securi insulat per aera volitatem, ac etiam minuantem: inducunt omnia: arma pœnitentia, ut seruis acies, & ielitus exierit. Impis hereticorum opinionibus aliquis infectus est, recta sententia decretis superstitionem fugato. Hac enim est pœnitentia. In candem rationem Chrysostomus, homil. 10. in Matth. Metanovom, agamus pœnitentiam. Metanovom 3. λέξι, η τὸν περὶ τὴν πάτησιν φέρειν πατέσθαι τὸν περὶ τὴν πάτησιν φέρειν τὸν περὶ τὴν πάτησιν. Delicis indulgens in morbum delapsus es, eum inedia, & ieiunii cura. Animus laborat incontinentia: adhibeat temperantia medicamentum. Multiplici, ac nimia pecunia cupiditate in febris animi incidisti, liberalitate, & eleemosyna depellatur: hac enim est nimium expensa mentis curatio. Læsit te alienarum rerum direptio: que rapto sunt, ad proprios dominos reuertantur. Mendacium te proxime duxit ad interitum (perdes enim, inquit, omnes qui loquuntur mendacium) veritatis studio periculum evitetur. Iurisurandi violatio sublimem Zacharia filii securi insulat per aera volitatem, ac etiam minuantem: inducunt omnia: arma pœnitentia, ut seruis acies, & ielitus exierit. Impis hereticorum opinionibus aliquis infectus est, recta sententia decretis superstitionem fugato. Hac enim est pœnitentia. In candem rationem Chrysostomus, homil. 10. in Matth. Metanovom, agamus pœnitentiam. Metanovom 3. λέξι, η τὸν περὶ τὴν πάτησιν φέρειν πατέσθαι τὸν περὶ τὴν πάτησιν φέρειν τὸν περὶ τὴν πάτησιν. Delicis indulgens in morbum delapsus es, eum inedia, & ieiunii cura. Animus laborat incontinentia: adhibeat temperantia medicamentum. Multiplici, ac nimia pecunia cupiditate in febris animi incidisti, liberalitate, & eleemosyna depellatur: hac enim est nimium expensa mentis curatio. Læsit te alienarum rerum direptio: que rapto sunt, ad proprios dominos reuertantur. Mendacium te proxime duxit ad interitum (perdes enim, inquit, omnes qui loquuntur mendacium) veritatis studio periculum evitetur. Iurisurandi violatio sublimem Zacharia filii securi insulat per aera volitatem, ac etiam minuantem: inducunt omnia: arma pœnitentia, ut seruis acies, & ielitus exierit. Impis hereticorum opinionibus aliquis infectus est, recta sententia decretis superstitionem fugato. Hac enim est pœnitentia. In candem rationem Chrysostomus, homil. 10. in Matth. Metanovom, agamus pœnitentiam. Metanovom 3. λέξι, η τὸν περὶ τὴν πάτησιν φέρειν πατέσθαι τὸν περὶ τὴν πάτησιν φέρειν τὸν περὶ τὴν πάτησιν. Delicis indulgens in morbum delapsus es, eum inedia, & ieiunii cura. Animus laborat incontinentia: adhibeat temperantia medicamentum. Multiplici, ac nimia pecunia cupiditate in febris animi incidisti, liberalitate, & eleemosyna depellatur: hac enim est nimium expensa mentis curatio. Læsit te alienarum rerum direptio: que rapto sunt, ad proprios dominos reuertantur. Mendacium te proxime duxit ad interitum (perdes enim, inquit, omnes qui loquuntur mendacium) veritatis studio periculum evitetur. Iurisurandi violatio sublimem Zacharia filii securi insulat per aera volitatem, ac etiam minuantem: inducunt omnia: arma pœnitentia, ut seruis acies, & ielitus exierit. Impis hereticorum opinionibus aliquis infectus est, recta sententia decretis superstitionem fugato. Hac enim est pœnitentia. In candem rationem Chrysostomus, homil. 10. in Matth. Metanovom, agamus pœnitentiam. Metanovom 3. λέξι, η τὸν περὶ τὴν πάτησιν φέρειν πατέσθαι τὸν περὶ τὴν πάτησιν φέρειν τὸν περὶ τὴν πάτησιν. Delicis indulgens in morbum delapsus es, eum inedia, & ieiunii cura. Animus laborat incontinentia: adhibeat temperantia medicamentum. Multiplici, ac nimia pecunia cupiditate in febris animi incidisti, liberalitate, & eleemosyna depellatur: hac enim est nimium expensa mentis curatio. Læsit te alienarum rerum direptio: que rapto sunt, ad proprios dominos reuertantur. Mendacium te proxime duxit ad interitum (perdes enim, inquit, omnes qui loquuntur mendacium) veritatis studio periculum evitetur. Iurisurandi violatio sublimem Zacharia filii securi insulat per aera volitatem, ac etiam minuantem: inducunt omnia: arma pœnitentia, ut seruis acies, & ielitus exierit. Impis hereticorum opinionibus aliquis infectus est, recta sententia decretis superstitionem fugato. Hac enim est pœnitentia. In candem rationem Chrysostomus, homil. 10. in Matth. Metanovom, agamus pœnitentiam. Metanovom 3. λέξι, η τὸν περὶ τὴν πάτησιν φέρειν πατέσθαι τὸν περὶ τὴν πάτησιν φέρειν τὸν περὶ τὴν πάτησιν. Delicis indulgens in morbum delapsus es, eum inedia, & ieiunii cura. Animus laborat incontinentia: adhibeat temperantia medicamentum. Multiplici, ac nimia pecunia cupiditate in febris animi incidisti, liberalitate, & eleemosyna depellatur: hac enim est nimium expensa mentis curatio. Læsit te alienarum rerum direptio: que rapto sunt, ad proprios dominos reuertantur. Mendacium te proxime duxit ad interitum (perdes enim, inquit, omnes qui loquuntur mendacium) veritatis studio periculum evitetur. Iurisurandi violatio sublimem Zacharia filii securi insulat per aera volitatem, ac etiam minuantem: inducunt omnia: arma pœnitentia, ut seruis acies, & ielitus exierit. Impis hereticorum opinionibus aliquis infectus est, recta sententia decretis superstitionem fugato. Hac enim est pœnitentia. In candem rationem Chrysostomus, homil. 10. in Matth. Metanovom, agamus pœnitentiam. Metanovom 3. λέξι, η τὸν περὶ τὴν πάτησιν φέρειν πατέσθαι τὸν περὶ τὴν πάτησιν φέρειν τὸν περὶ τὴν πάτησιν. Delicis indulgens in morbum delapsus es, eum inedia, & ieiunii cura. Animus laborat incontinentia: adhibeat temperantia medicamentum. Multiplici, ac nimia pecunia cupiditate in febris animi incidisti, liberalitate, & eleemosyna depellatur: hac enim est nimium expensa mentis curatio. Læsit te alienarum rerum direptio: que rapto sunt, ad proprios dominos reuertantur. Mendacium te proxime duxit ad interitum (perdes enim, inquit, omnes qui loquuntur mendacium) veritatis studio periculum evitetur. Iurisurandi violatio sublimem Zacharia filii securi insulat per aera volitatem, ac etiam minuantem: inducunt omnia: arma pœnitentia, ut seruis acies, & ielitus exierit. Impis hereticorum opinionibus aliquis infectus est, recta sententia decretis superstitionem fugato. Hac enim est pœnitentia. In candem rationem Chrysostomus, homil. 10. in Matth. Metanovom, agamus pœnitentiam. Metanovom 3. λέξι, η τὸν περὶ τὴν πάτησιν φέρειν πατέσθαι τὸν περὶ τὴν πάτησιν φέρειν τὸν περὶ τὴν πάτησιν. Delicis indulgens in morbum delapsus es, eum inedia, & ieiunii cura. Animus laborat incontinentia: adhibeat temperantia medicamentum. Multiplici, ac nimia pecunia cupiditate in febris animi incidisti, liberalitate, & eleemosyna depellatur: hac enim est nimium expensa mentis curatio. Læsit te alienarum rerum direptio: que rapto sunt, ad proprios dominos reuertantur. Mendacium te proxime duxit ad interitum (perdes enim, inquit, omnes qui loquuntur mendacium) veritatis studio periculum evitetur. Iurisurandi violatio sublimem Zacharia filii securi insulat per aera volitatem, ac etiam minuantem: inducunt omnia: arma pœnitentia, ut seruis acies, & ielitus exierit. Impis hereticorum opinionibus aliquis infectus est, recta sententia decretis superstitionem fugato. Hac enim est pœnitentia. In candem rationem Chrysostomus, homil. 10. in Matth. Metanovom, agamus pœnitentiam. Metanovom 3. λέξι, η τὸν περὶ τὴν πάτησιν φέρειν πατέσθαι τὸν περὶ τὴν πάτησιν φέρειν τὸν περὶ τὴν πάτησιν. Delicis indulgens in morbum delapsus es, eum inedia, & ieiunii cura. Animus laborat incontinentia: adhibeat temperantia medicamentum. Multiplici, ac nimia pecunia cupiditate in febris animi incidisti, liberalitate, & eleemosyna depellatur: hac enim est nimium expensa mentis curatio. Læsit te alienarum rerum direptio: que rapto sunt, ad proprios dominos reuertantur. Mendacium te proxime duxit ad interitum (perdes enim, inquit, omnes qui loquuntur mendacium) veritatis studio periculum evitetur. Iurisurandi violatio sublimem Zacharia filii securi insulat per aera volitatem, ac etiam minuantem: inducunt omnia: arma pœnitentia, ut seruis acies, & ielitus exierit. Impis hereticorum opinionibus aliquis infectus est, recta sententia decretis superstitionem fugato. Hac enim est pœnitentia. In candem rationem Chrysostomus, homil. 10. in Matth. Metanovom, agamus pœnitentiam. Metanovom 3. λέξι, η τὸν περὶ τὴν πάτησιν φέρειν πατέσθαι τὸν περὶ τὴν πάτησιν φέρειν τὸν περὶ τὴν πάτησιν. Delicis indulgens in morbum delapsus es, eum inedia, & ieiunii cura. Animus laborat incontinentia: adhibeat temperantia medicamentum. Multiplici, ac nimia pecunia cupiditate in febris animi incidisti, liberalitate, & eleemosyna depellatur: hac enim est nimium expensa mentis curatio. Læsit te alienarum rerum direptio: que rapto sunt, ad proprios dominos reuertantur. Mendacium te proxime duxit ad interitum (perdes enim, inquit, omnes qui loquuntur mendacium) veritatis studio periculum evitetur. Iurisurandi violatio sublimem Zacharia filii securi insulat per aera volitatem, ac etiam minuantem: inducunt omnia: arma pœnitentia, ut seruis acies, & ielitus exierit. Impis hereticorum opinionibus aliquis infectus est, recta sententia decretis superstitionem fugato. Hac enim est pœnitentia. In candem rationem Chrysostomus, homil. 10. in Matth. Metanovom, agamus pœnitentiam. Metanovom 3. λέξι, η τὸν περὶ τὴν πάτησιν φέρειν πατέσθαι τὸν περὶ τὴν πάτησιν φέρειν τὸν περὶ τὴν πάτησιν. Delicis indulgens in morbum delapsus es, eum inedia, & ieiunii cura. Animus laborat incontinentia: adhibeat temperantia medicamentum. Multiplici, ac nimia pecunia cupiditate in febris animi incidisti, liberalitate, & eleemosyna depellatur: hac enim est nimium expensa mentis curatio. Læsit te alienarum rerum direptio: que rapto sunt, ad proprios dominos reuertantur. Mendacium te proxime duxit ad interitum (perdes enim, inquit, omnes qui loquuntur mendacium) veritatis studio periculum evitetur. Iurisurandi violatio sublimem Zacharia filii securi insulat per aera volitatem, ac etiam minuantem: inducunt omnia: arma pœnitentia, ut seruis acies, & ielitus exierit. Impis hereticorum opinionibus aliquis infectus est, recta sententia decretis superstitionem fugato. Hac enim est pœnitentia. In candem rationem Chrysostomus, homil. 10. in Matth. Metanovom, agamus pœnitentiam. Metanovom 3. λέξι, η τὸν περὶ τὴν πάτησιν φέρειν πατέσθαι τὸν περὶ τὴν πάτησιν φέρειν τὸν περὶ τὴν πάτησιν. Delicis indulgens in morbum delapsus es, eum inedia, & ieiunii cura. Animus laborat incontinentia: adhibeat temperantia medicamentum. Multiplici, ac nimia pecunia cupiditate in febris animi incidisti, liberalitate, & eleemosyna depellatur: hac enim est nimium expensa mentis curatio. Læsit te alienarum rerum direptio: que rapto sunt, ad proprios dominos reuertantur. Mendacium te proxime duxit ad interitum (perdes enim, inquit, omnes qui loquuntur mendacium) veritatis studio periculum evitetur. Iurisurandi violatio sublimem Zacharia filii securi insulat per aera volitatem, ac etiam minuantem: inducunt omnia: arma pœnitentia, ut seruis acies, & ielitus exierit. Impis hereticorum opinionibus aliquis infectus est, recta sententia decretis superstitionem fugato. Hac enim est pœnitentia. In candem rationem Chrysostomus, homil. 10. in Matth. Metanovom, agamus pœnitentiam. Metanovom 3. λέξι, η τὸν περὶ τὴν πάτησιν φέρειν πατέσθαι τὸν περὶ τὴν πάτησιν φέρειν τὸν περὶ τὴν πάτησιν. Delicis indulgens in morbum delapsus es, eum inedia, & ieiunii cura. Animus laborat incontinentia: adhibeat temperantia medicamentum. Multiplici, ac nimia pecunia cupiditate in febris animi incidisti, liberalitate, & eleemosyna depellatur: hac enim est nimium expensa mentis curatio. Læsit te alienarum rerum direptio: que rapto sunt, ad proprios dominos reuertantur. Mendacium te proxime duxit ad interitum (perdes enim, inquit, omnes qui loquuntur mendacium) veritatis studio periculum evitetur. Iurisurandi violatio sublimem Zacharia filii securi insulat per aera volitatem, ac etiam minuantem: inducunt omnia: arma pœnitentia, ut seruis acies, & ielitus exierit. Impis hereticorum opinionibus aliquis infectus est, recta sententia decretis superstitionem fugato. Hac enim est pœnitentia. In candem rationem Chrysostomus, homil. 10. in Matth. Metanovom, agamus pœnitentiam. Metanovom 3. λέξι, η τὸν περὶ τὴν πάτησιν φέρειν πατέσθαι τὸν περὶ τὴν πάτησιν φέρειν τὸν περὶ τὴν πάτησιν. Delicis indulgens in morbum delapsus es, eum inedia, & ieiunii cura. Animus laborat incontinentia: adhibeat temperantia medicamentum. Multiplici, ac nimia pecunia cupiditate in febris animi incidisti, liberalitate, & eleemosyna depellatur: hac enim est nimium expensa mentis curatio. Læsit te alienarum rerum direptio: que rapto sunt, ad proprios dominos reuertantur. Mendacium te proxime duxit ad interitum (perdes enim, inquit, omnes qui loquuntur mendacium) veritatis studio periculum evitetur. Iurisurandi violatio sublimem Zacharia filii securi insulat per aera volitatem, ac etiam minuantem: inducunt omnia: arma pœnitentia, ut seruis acies, & ielitus exierit. Impis hereticorum opinionibus aliquis infectus est, recta sententia decretis superstitionem fugato. Hac enim est pœnitentia. In candem rationem Chrysostomus, homil. 10. in Matth. Metanovom, agamus pœnitentiam. Metanovom

XXIII. Præterea, quis sub eodem genere opponi dixerit pœnitis opera bona, bonis operibus pœnas? At qui Papista volunt satisficerit pœnis. Alterum ergo necesse est; non esse eas satisfactiones, aut bona opera, aut sub eodem genere opposita. Et verum hoc posterius saltem. Nam, autore gravissimo, scilicet, Iuone Carnotensi, annorum pœnitentia in ieiuniis est; aut si ieiuniis pœnitens non sufficiat, in Psalmis cantillandis, aut si hoc grauius, in numulis pauculis crogandis. Iam audi peccata: cap. 187. Si quis hominem occiderit sponte septem annos pœnitentia: si immuritus, decem annos: si Diaconum, quatuordecim: si Presbyterum, unum. & viginti. Si quis sodomitice, vel cum percuti de semel peccauerit, septem annos pœnitentia: si confuerit, quatuordecim. Altero capite, Si quamvis duobus fratribus nupserit, quinque annos pœnitentia: si quia partum fecerit, aut excutio sponte: si iam vixit, duodecim annos pœnitentia: si non vixit, sex annos. Piget omnia describere. Sed libet exclamare, Siccine sunt satisfactiones, ex mente Chrysostomi, Gregoriue, fructus digni pœnitentia? Sunne, ut quum qui fornicatus est, jubetur in vita aeterna?

XXIV. Patres igitur voluerunt, satisficeri peccatis per opposita bona opera. Sed & voluerent inde, & peccari habitum tolli, & induci habitum contrarium: nam hæc ratio extirpandi peccati, id est, satisfaciendi. Inde Pacianus, paterni ad pœnitentiam. Ecce pollicitor, si ad Patrem vestrum vera satisfactione redeatis, nihil ulterius errando, nihil prisbinis adiiciendo peccatis, dicendo etiam humile aliquid, & flebile, Peccatum in conspectu tuo, Pater, iam non sumus digni nomine filiorum; continuo de vobis & pecus illud recedet immundum, & siliquarum esca deformis. Nazianzenus, orat. 16. quæ est de amore pauperum, εἰ ηγονταις καὶ πίστεις τὸν πάτερα τοῦ Χριστοῦ μελέτην, ἐπειδὴ δὲ τῷ πατέρᾳ πόση τὰ τέλη τοῦ πατέρου μελέτην, εἰ πάτερ οὐ πόση τοῖς αὐτοῖς τοῖς αὐτοῖς τοῖς εἰσπάτερχοις. Per misericordiam, & fidem peccata purgantur. Purgemur itaque miserantes, labefacti, & fordes anima pulchra illa herba extergamus, ac de albeatur; alii vi lana, alii vi nix, promisericordis videlicet proportione. Leo, serm. i. in ieiunio decimi mensis, Oratio propitiatio Dei queritur: ieiunio concupiscentia carnis extinguitur: elemosynis peccata redimuntur: simulque per omnia Dei in nobis imago renouatur. Ad eam mentem Tertullianus paulo ante, Purgatio dis mentibus prepositam, ut quicquid error vetus inquinasset, quicquid in corde hominis ignorancia contaminasset, id pœnitentia verrens, & radens, & foras abiectis, mundat peccatoris dominum, superuenturo Spiritui Sancto parat.

XXV. Quæ omnia, & eleganter, & grauter desribunt verum effectum pœnitentiae, immo satisfactionis, nempe, nouum habitum inductum in animam, pulso veteri. At certe liberatio à pœnis, maxime temporariis, nulla est noui habitus inducio: nam, ne poena quidem veterem habitum sanus dicat, maxime nondum extantes. Quid ergo dubitamus concludere, apud Veteres, per pœnitentiam satisficeri non pœnis peccatoriis, sed ipsissimis peccatis? Quanquam etiam pœnis, ut post videbimus: sed primum ipsiis peccatis? Quum apud Papistas contrasatisfiat, non peccatis, sed pœnis. Vnde sequitur, non esse eandem, Papistarum, & Veterum satisfactionem.

XXVI. Hoc alio confitat argumento. Papistica satisfactio, non satisficit aeternis pœnis. At Veterum satisfactio, satisficit aeternis pœnis. Ergo non est eadem Venerum, & Papistarum satisfactio. Maior certa ex statu controverse, quæ posuit, gratis remitti, non tantum culpam, sed & eam pœna partem, quæ est eterna.

XXVII. Minor probatur ex ipsis Patribus, Ambrosius, si Ambrosius est, ad Virginem laplam, Peccator ergo si sibi ipse non pepercit, à Deo illi partitur: & si futuras pœnas gehenna perpetuo in hoc parvo vita & spatio compensauerit, seipsum ab eterno iudicio liberat. Eusebius Cæstorianus, lib. hist. c. 7. quem Salmo recitat ex Ruffini versione, In quibus & Apostoli omnes, præcipue tam Iacob, qui dicebatur frater Domini, in Hierosolymis Episcopus constitutus, indefinenter, populum commissa iniurias, & ferulas ausi, de celere commonebat, si forte commissi pœnitendum gerere, si possent flero procelere, & ultrices pœnarum flamas, Lachrymarum vortebant extinguiere. Nec alio sensu Tertullianus videtur dicere, lib. de Pœnitentia, Hac pœnitentia & compensatione redimendam proponit impunitatem. Et Hilarius in Math. can. 4. Nonissimum quadratum soluemus, nisi pretio ipsius aliquantorum criminum culpa redimatur.

XXVIII. Eccliuſtratur: quia per pœnitentiam acquiri dicunt salutem. Tertullianus, de pœnitentia c. 6. Si ergo qui venditant, prius numnum, quo pacescuntur, examinant, & scalptus, ne adulterer: etiam Dominum credimus, pœnitentia probationem prius inire, tantum nobis mercedem, perenni scilicet vita, & concessuram. Theophilus Paschali i. Prisquam stamus ante tribunal Christi, præterita peccata pœnitentia corrigamus, præfeti fletu redimamus futura audita. Cyrillus, illuminatorum Catecheli 2. εἴη αὐτοὶ οἱ μαρτυροῦσιν αὐτοὺς εἰ τὸν αὐτὸν λαζαρὸν τὸν αὐτοῦ ξύλον αὐτοὶ οἱ μαρτυροῦσιν. Et vos confitemini Domino, ut ante patratorum remissionem accipiatis peccatorum, & cœlestis regnum consequamini. Certe alium hoc æque à satisfactionibus Papisticis, quæ solas compensant temporales pœnas.

XXIX. Denique, Satisfactiones Papisticae, posteriores sunt remissionem peccatorum. At Veterum satisfactiones precedebant remissionem peccatorum. Non sunt igitur eadem. Maior pater, tum ex statu questionis: quum nulla agnosceretur satisfactio, nisi pœnarum post remissionem retentarum: tum ex visu: imponunt enim Sacerdotes Papistici suas satisfactorias pœnas, postabsolutionem pronuntiatam.

XXX. Probatur minor plurimis testimoniosis: atque adeo vsu Veterum, non reconciliandi pœnitentes, usi absolute tandem pœnitentia. Clemens 2. ad Iacobum, Per haec enim facilius venia dabitus, & indulgenti citius indulgetur. Ambrosius, Per pœnitentiam peruenient ad misericordiam Redemptoris. Chrysostomus, An nobis volutionem sumamus, nos ipsis accusemus, ita placabimus iudicem. Bernardus, Satisfaciamus, & ablato, quod separat, peccato reconciliemur. Leo, oratione propitiatio Dei quarit. Laetantius, Pœnitentiam proposuit, ut si peccata nostra confessi, Deo satisficerimus, veniam consequamur.

XXXI. Clemens, Constitutionum lib. 2. c. 16. εἴτε οὐκ εἴη μᾶς δέος εἰς ποιησίαν, αὐτοὶ γένονται εὐστήροι, καὶ τὸν αὐτοῖς τοῦ ιαγωνιστοῦ, ποιεῖται μεταμόρφωσις. Hoc est, apud Salmeronem, Idem nos facere debemus, & eos qui se peccatorum pœnitere dicunt, segregare per certum tempus secundum proportionem peccati: deinde, pœnitentia peracta, recipere. Anacletus, epist. 2. c. 2. Excommunicentur, & minime absoluantur, antequam per satisfactionem (ut iam dictum est) condignam egerint pœnitentiam, Callistus primus, epist. 2.

Tom. III.

cano, 5. Nos vero indubitanter, tam Domini Sacerdotes, quæ reliquæ fideles, post aitnam satisfactionem posse redire ad honores credimus. Innocentius papa, epist. 1. canon. 7. Ceterum, de pondere astimando de isti rum, Sacerdotis est iudicare, ut attendat ad confessionem pœnitentis, & ad fletus, atque lacrymas corrigentis: ac tum debere dimitti, quæ viderit congrua, satisfactionem. Leo 11. epist. 91. Mediator Dei & hominum homo Christus Iesus, nam & apostolis Ecclesiæ tradidit potestatem, ut & consitentibus actionem pœnitentia darent, & eosdem salubri satisfactione purgatos, ad communicationem Sacramentorum per innotescutionis admitterent.

XXXII. Tertullianus c. 6. de pœnitentia: Quam porro in eptum, pœnitentiam non adimplere, veniam delictorum sustinere: Hoc est, pretium non exhibere, ad mercem manum emittere. Si ergo qui veniunt, prius numnum quæ pœscuntur, examinant, & scalptus, nerfus, ne adulterer: etiam Dominum creditus pœnitentia probationem prius inire, tantum nobis mercedem perennis scilicet vita & concessuram. Post, Peccator ante veniam defere se debet, quæ tempus pœnitentis idem quod pericula, & timoris. Theodoretus, diuinorum decretorum c. de Pœnitentia, Sant medicabilis per multas lacrymas & fletus & luctus, & ieiunium, & orationem, & laborem facti peccati quantitate commoderatum: quæ enim non sic affecti sunt, eos nec admittere quicquam didicimus.

XXXIII. Cypriano ea fuit acriter disputata quæstio; & prolixè, aliquot epistolis aduersus magnum lapsorum numerum, quæ in martyribus in carcere obtinuerant indulgentiam. Eos ille negabat adiungendos, antequam impositæ pœnitentiae fastigescerent: & si aliud fieret, soli disciplinam quererabatur. Epist. 10. Quum in minoribus peccatis agint peccatores pœnitentiam in iusto tempore, & secundum disciplina ordinem ad exomologis veniant, & per manus impositionem Episcopi, & Clericis communicationis accipient. Et 11. Contra Evangelium, ante ultimam pœnitentiam, ante exomologis gravissimis, atque extremi delicti factam, ante manum ab Episcopo, & Clero impositionem, offerre lapsis pacem, & Eucharistiam dare, id est genitum Domini corpus profanare audent. Non erat, quod tam grauter accidisset, si Papistas audiret, apud quos quotidie satisfactionem præcurritabile luto. Idem, extremo sermone de lapsis, Putasne tu Dominum cito posse placari, quem verbis perfidis abnisti? Putas facile enim misereri tui, qui tuum non esse dixisti? Et post, Qui sic Deo satisficerit, qui pœnitentia facti sui, qui pudore delicti, plus & virtutis, & fidei, de ipsis lapsis sui dolore conceperit, exauditus, & auditus a Domino, quem contraria erat nuper, letam faciet Ecclesiam.

XXXIV. Atque hactenus de satisfactionibus Venerum. A rāxiφ-λαγάνωδη, Hæ Veterum satisfactiones sunt pro peccatis præteritis cōpenfandis, i.e. auerruncando habitu malo, inducendo q̄ bono: sunt in eodē genere operū, cū peccatis extirpandis: sunt pro auerteris pœnis aeternis: sunt priores veniam: At Papisticae satisfactiones, nihil horum, sed tantum pro mutandis pœnis temporalibus. Non potest igitur eadem esse Papistarum doctrina, quæ Patrum esti alioquin verba audiuntur eadem: si tamen semper eadem: sed hoc illi videtur. Pelagiani olim liberum arbitrium subinde crepabant: quod & Patribus in ore frequens. An propterea eodem vtrorumque sententia fide, sine operibus iustificare hominem Paulus pronunciavit: pronunciantur uero, quos Jacobus damnavit, impenitentem tamen interuello. Plurima sunt huic modo: unde constat, non minus insidem in verbis diuersam esse posse, quam in diuersis eandem fidem. Quare, quum tam certis argumentis constet, recellisse nostros Papistas à sensu Patrii, non est, quod quecumque moueat soni vicinitas.

XXXV. Amplius dico: Non tantum Papistatum doctrinam recedit à Patrum mente: sed ad eam mēntem nostra, quam impugnant Papistæ, propinquior est. Enimvero nos pœnitentiam constituimus in mutatione vitæ, quæ & dolent præcedentia peccata: ac piombe, & fleat, & plangat, & icunt & quæ similia sunt: & peccatis iis comparet, oppositis virtutes: nec esse veram pœnitentiam, quæ utramque hanc partem non sit complexa. Et vero insidem peccatis proportionandam: quod Papistæ nulli faciunt, etiæ sapientiæ metientes, non tam peccatorum magnitudine, quam peccatoris vel viribus, vel molliti: itaque toti in minuendis positis. Sed nos in omnibus vnam proportionem nouimus, ut quanto quisque proclivior fuerit in vita, tanto deinceps nitatur ad virtutes. Hos Nazianzenus eleganter dixit, εἰ νομούσιος τὸν πάτερα διογέται: Billius vertit, Qui patrato criminis parem vita emendarem afferunt.

XXXVI. Quomodo & illud satisficeri Deo, etiæ confidentius dictum, tam non incommodè explanari potest, vt ne nos quidem oderimus. Nempe vt in pœnitendo, conscientiam fistamus apud Deum, qui cum nobis rem esse oportet. Ita quic, non esse pœnitentia, aut internum sensum, aut externa opera, merienda humano iudicio, quasi optime tum functi fuerimus partibus nostris, quum nos homines non improbarint: ino nihil eo actum sit, quandiu non exegerimus officio nostra ad amissim voluntatis diuinae. Breiter. Satisfaciendum Deo lacrymis, vt ne sit dolor fletus, sed vere pertingens ad animæ intimam: satisfaciendum operibus, vt tanto lumen in bono animo fore, quanto eramus in malo impotentiores.

CAP. XVII.

Observationes aduersariorum, ad Patrum autoritates.

I. **N**unc videbo, quid ex Patribus in sua causæ subsidium colligat Belarminus: non enim ille omnia nude recitauit: sed quedam propriis commentariis vestiuit.

II. Primum ex Nazianzeni orat. 39. quæ est in sancta lumina, Pulcre inquit, refellit Novatianos, & Lutheranos. Novatiani castigationem admittabant sine spe absolutionis. Lutherani contra absolutionem sine castigatione concedunt. Quare sicut Cyprianus de Novatianis dixit, illos ubribus de satisfactione medicinam: ita nos dicere possimus de Lutheranis, eos è contrario subtrahere de Medicina satisfactionem. Videlicet, quia Nazianzenus, Aequum est malum, & dimissio absque castigatione, & castigatione sine venia: quandoquidem illa totas relaxat habens, hec vero nimium restrinxit.

III. At vos tamen, vos, inquam, ipsi Bellarmino, in Baptismo saltem absolutionem sine castigatione concedunt. An hæc igitur & quæ mala, atque castigatione sine spe absolutionis? An tum nimis laxantur habent, & de Medicina tollitur satisfactione? An potius cæcum est hostile odium: & Andabaræ etiam scipios interdum ferunt?

Vu 3 IV. Sed,

IV. Sed hoc omisso: ut tu certe Bellarmine, Nazianzeni mentem ne affequatus quidem es, nedum sequutus: sed abusus temere verborum ambiguitate: que ita habent in postrema editione Parisiensi, Origines: qd' t' r'g' s' k'j' a' o' f' g' n' i' s' s' n' p' t' u' w' o' o' s' d' o' s' x' a' c' l' s' n' m' d' o' l' s' i' f' i' s' o' t' h' l' b' i' c' , n' j' r' d' o' f' o' d' e' d' k' r' n' k' s' n' . Mendoza, omissa v'z' z' n' w' . voce in priori membro: debuit enim, n' s' v'z' z' n' w' . & forte ita erat in praecedentibus. Certi interpretes exprestrunt, tum is quo v'z' z' n' w' . Bellarminus dimissionem: tum Billius indulgentiam, In eodem v'z' z' n' w' . sunt, inquit, indulgentia omnino animadversionis expers: & condemnatio venia omni carens: illa omnes laxans habens, hec ob vehementium strangulans.

V. Hac ita Bellarminus putauit intelligenda: vt sensus sit compositus, sicut loquuntur in Scholis: nempe, vt aequa mala sit remissio, quae tum quum remittit, nihil punit: ac condemnatio, quae tum quum condemnat, nihil remittit. Quod absurdissimum est, neque v'z' z' n' w' . sui parte excusabile. Nam, Deum quibusdam prorsus & plenissime dimittere peccata, insanus qui neget: & quosdam absque v'z' z' n' w' . condonatione punire significauit, qui dixit, In decimū sine misericordia, illi qui non fecerit misericordiam: Iacobi 2. contendunt, quibus tam frequens est in ope, Non exhibe donec reddideris nouissimum quadrantem, Math' 5.

VI. Itaque, Iesus est disiunctus: aequa damnandam perpetuam indulgentiam, quum semper dimittuntur, omnia peccata, nullum autem punitur: & perpetuam severitatem in damndo, quum nunquam quicquam indulgetur. Quem sensum expresit Paraphrastes, quem edidit Billius, Parem enim, mea quidem sententia, reprehensionem, p'namque merentur, qui vel peccantes nulla pena afficiunt, ipsique omnes habens remittunt: vel eos ita condannant, ut spem illis consequenda venia nullam relinquant. Plana ergo sententia, non esse bonum, nulla peccata puniri: non esse bonum, nulla dimitti. Quid haec aduersus Lutherum? Nam ille non negauit severitatem iudicii: eti' afferuit constanter indulgentiam misericordem. Neque Nazianzenus obstat, ne cui condonantur peccata, ei plene condonentur: sed tantum ne omnibus promiscue. Sed Bellarminus amat ludere.

VII. Secundo, conficit Bellarminus ex Irenaeo, fructum penitentiae esse penitentiam spontaneam. Dixit Irenaeus, c. 37. lib. 3. de Adamo: Per succinctorum in facto offendit suam penitentiam, foliis sicutneis semel ipsum contegens, existentibus & aliis foliis multis, que minus corpus eius vexare potuerint: condignum tamen inobedientiam amictum fecit, conterritus timore Dei, & retundens petulantem carnis impetum. Videte artem. Hinc discimus fructum penitentiae dignum, non esse solum nouam obedientiam mandatorum: non enim Deus mandauerat, vt Adam vestimento illo tam aspero vteretur: sed esse penitentiam sponte susceptam, quae dolore corpus afficiat, & voluptatem ex peccato conceptam ea ratione compenset.

VIII. Atqui Irenaeus, fructum penitentiae nullum dixit: sed inobedientie condignum amictum; quis Iesu concessit, inobedientiam interpretari penitentiam: & hunc amictum penitentiae signum: In facto, inquit, offendebat suam penitentiam. Et signum Iesu, idem quod iustus: vt liber: sed Irenaeus, nihil aduersum nos: qui signis externis penitentiam non spoliamus: & admittimus dolorem, lacrymas, ne sordidam quidem vestem, & similia. Sed esse penitentiam, non dixit Irenaeus: non dixit, penitentiam vicariam alterius penitentiae: non dixit, compensare voluptatem ex peccato. Omnia Bellarminus dedit de suo: et si paulo modestior Feuardentio: qui annotatione in hunc locum manifeste, sicut deinceps probari vult, penas siue voluntarias, siue impositas, voluptatem ex peccatis conceptam compensare: fauifacere supplicis, que post remissam culpam, vel in hoc mundo, vel in Erebō expiatorio essent alias ad extremum usque quadrantem exsoluendae. Sic ille: sed quanta cuculli autoritas est, vt, quorum in Irenaeo vestigium quidem inuenias; ea tamen ex Irenaeo manifeste, solideque probari credamus.

X. Imo rem vide, Si probant Adami subligacula satisficeri penitus temporalibus, post culpam condonatam: Ergo ea ipsa subligacula oportet satisficerisse penitus illis temporalibus, quas Adam debebat aliquoquin exsolueret, Ω κελη κεφαλή. ει γρεφαλον ἔχει. Itane? vt omnia signa illud ipsum efficiant, quod significent? Agnus paschalialis sustulerit omnia peccata mundi: quia Christus in sublaturum significabit? Apage insiniam.

X. Sed enim quibus, quao, Adami penitus subligacula satisficerunt? Nam eas huius vita esse oportuit, vel alterius: siue, vt doctissime loqui maluit Cucullio, Erebi purgatori. Vnde ergo? illisne? Ergo Adamum oportet esse liberum. Fuitne? Imo Papistae huius exemplo probaturos se sperant, aliquas superest, quod eas ille fuerit: & reapse constat neminem hominem, iis non fuisse obnoxium: sudori videlicet, morti, & quæcumque iis continentur. Magno aduersari fundamento suas penitentiam quisquilius superedificarent, si morris Adamo fuisse legitima compensatio, ex foliis sicutneis: tum vero facile induceret credere, citandis p'sculis, aut unico certe maiori, expiari penashomicidii. Sed si Adam & mortuus est, & carni sua imposuit v'rentia folia sicutneis: sunt propiti, quantumcunque est Monachorum in orbe Papistico.

XI. An agitur, remissus Adamo Erebus expiatorius? Atqui, vnde habent huiusmodi penas alias Adamo constitutas à Deo? Nullas Moses exprefit, sed huius duntaxat vitæ. Et, Scriptura tacente, comminiscetur quisquam? At nos eadem facilitate reuiciimus, qua ille temeritate comminiscetur. Deinde si non potuerunt sicutneis satisfactiones, huius penas vitæ aufere, speret quisquam sufficere potuisse penas Erebi? Nisi forte aut concedant istas Papistae minores esse, aut afferant quæ minus non possint, posse tamen maius, in eodem genere.

XII. Tertio, probat ex Iustino, & Hilario Bellarminus, ex Origene Salmero, penas esse culparum expiations. Iustinus dixit, q. 79. Vt Iesum purum à peccatis, ex hac vita recipere Dominus Deus, ideo permisit illum inobedientia eius ferro Agyptio penas soluere. Ergo mortis pena, expiatio fuit peccati: & proinde, satisfactio pro peccato: & ad eundem nodum certe penas, quae post peccatum exiguntur. Hilarius dixit, Daudem consicum peccatorum veterum, & peccati sui dolorem tunc scripsisse, quum, Prophetæ arguente, peccatum recognovit: post tamen fleuisse veræ penitentiae lacrymis: quia delicit, addit Bellarminus, intelligeret, post culpam remissam, reatum penitentiale, qui satisfactione purgandus esset. Origenes dixit in Leuiticum, homil. 8. esse quosdam & in purificatione differentias: & posse aliquem

esse ita mundum, vt non statim tamen, ad summani puritatis accesserit. Hinc Salmero: quum remissum Origenes concedat esse peccatum, proculdubio est, cum hominem esse in gratia: & tamen adhuc opus habere purgationes qua temporalis exsoluator p'ca'na delicti.

XIII. Verum Iustinus ille non est; sed autor incertus, longeque recentior. Et tamen penas nullas vicinas dicit, nullas voluntarias, de quibus haec controversia disputat. Nam occubuit in prælio Iosias, siccine fit apud Papistas, vt reges sponte sua moriantur in prælio? Item, non potest haec pena, ad penitentiam pertinere: quæ accidit in ipso flagranti peccato: & cuius penituisse Iosiam nulla Scriptura dicit, nulla historia. Sed h'c Salmero accidit, vt purgaretur Iosias. Dixit, inquam: sed sua dixit confusus autoritate: recte dixerit, id querendum superest: enim uero penas alias, quæ durante vita soluuntur, non abnuem purgare suo modo: nimur, quia peccatorem cautorem faciunt: sed mortem ipsam purgare, vereor, vt possit tolerari: quæ locum cautele nullum relinquat: neque, opinor, cuiquam Veterum facile dictum.

XIV. Ad h'c, si haec pena purgauit, ergo reliquæ omnes. Negatur consequentia. Nam penas illi distinguunt in retentas & voluntarias: & de voluntariis nunc disputant. Si consequentia v'la sit vis, concludi oportet de posnis eiusdem generis: itaque, vt maxime in proprios incident aduersarios, concedi poterit, omnes penas retentas, i.e. à Deo inflictas, i.e. inuoluntarias, purgare: sed voluntarias, arbitrarias de posse, quæ postular necessitas? Quasi, quia in Republica latrocina purgantur furia: ergo purgarentur aqua pota.

XV. Hilarius scriptis, Daudem peccata vetera defleuisse: sed Bellarmini neglexit additamentum, quod intelligeret post culpam remissam, reatum penitentiale remansisse. Nihil ille, quod huc accedit. Cur Bellarmino tantum deferas, vt credamus scrutari renes eorum, qui iam ante seculis multis sunt denati; & scire, non tantum quid dixerint, sed etiam, quid voluerint. Atqui longe aliam causam expresit Hilarius: & vniuersalem omni penitenti, nempe, penitentiam veram debere esse perpetuam. Confessio, inquit, criminis semper in tempore est: quia oporteat peccati penitentiam non desinere. Finis enim peccati interioris est temporis: quia vera peccati confessio est sine intermissione temporis penitentie. Peccati vero penitentia est, ab eo, quod penitendum intellexeris, desistisse. Atque, ob id Propheta nec confiteri peccatum definit, & peccatum ex præterito confiteri. Atque causa longe ab iustificationibus Papisticis: Nam has, quis vñquam perpetuas dixit? Quis eorum, inquam, docuit semper aut satisficeri debere peccatis præteritis; aut etiam confiteri? Illi vero, semper si factum sit, tum sibi Dii videntur.

XVI. Origeni, eum hominem esse in gratia, cui remissum sit peccatum, negare fuerit absurdum. Habere opus adhuc purgatione, verba sunt diserta. Quid tum? Nempe nugatur Salmero, hanc purgationem esse, quia temporalis exsoluator pena. Nihil simile Origenes, siue ille potius Cyrillus est: sed purificationem intellexit ipsam peccati in quoque auerruacionem, qua sit vt minus, minusque in dies sat peccator, & magis, magisque iustus. Itaque, non ad v'las penas pertinet: sed ad inhaerentis iustitia profectum. Hac enim vera purgatio est, & quam Patres habuerunt in animo.

XVII. Mentiatur, nisi ipse ille, siue Origenes, siue Cyrillus, sic exponat. Certe ille allegorice lepra purgationem interpretatur: & lepram semper peccatum, nunquam autem penam: quare neque purgatio lepræ, significare potuit penitentiam compensationem. V erum, nihil est opus coniecturis, sed verbis recitat: In quo offenditur, neque per omnia alienam fuisse à Deo conversationem eius, neque pure omnino, & integre custoditam. Post Peccator, omne quod ei sine in consilio natum est, siue in verbo, siue in opere, expedit, si vero purificari vult, vt eradat, & abiiciat, nec residere aliquid patiatur. Iterum, Vult peccatorum posteaquam fuerit mundus, posteaquam remissionem per penitentiam accepterit peccatorum, de purgatione capit is admonere. Entib' sane post remissionem peccatorum, etiam purgationem. Penas, penas: penas temporales, exclamaret Papista: sed Origenes, nullas. Velut, si diceret ei, inquit, ecce famis factus es, vide ne ultra capit' contrahas culpam. En tibi alteram purgationem: maiorem purgationem. Sed hanc Papistæ nolunt: & ideo, ne tum quidem vident, quan' vident.

XVIII. Quarto. Quia Basilius, peccatis dixit exequari debere penitentiam, apertissime, inquit Bellarminus, cognoscit Basilius, satisfactionem condignam esse debere, & eam proportionem cum peccato exigere, vt vere per eam offensio compensetur.

XIX. Imo vos, inquam, Vos, hanc condignitatem, hanc proportionem destruitis, Sophistæ: qui Psalms cantillatis, qui numulos numeratis, qui p'scules metimini. Et in clamatis, pro magno peccato, paululum supplicii sat' est. Esto tamen. Sed vnde illud, vt vere per eam offensio compensetur? Aut quid est, offensionem compensare? Penitentia? Sic oportet, ex statu quæstionis. Atqui eam nullam Basilius dixit. Offensionem lego, in eius interprete, quo Bellarminus v'ls, vel abusus est potius: vt solet in transuersum agi, vnius alicuius verbuli occasione, siue id sit ab autore, siue ab interprete. Atqui Basilius ὁ ἀγιός dixit. Hoc autem quo iure tandem penas significabit? Facile vident, quicunque eloquentia precepta norunt, viam eo loco Basilium tribus vocibus. τὸν μετὰ τὸν αὐτὸν καὶ τὸν πατέρα, ad eandem mentem: quibus penas significari insolentissimum est. Nos ante diximus, quomodo æquetur (nam Basilius ἡγιεῖς dixit) peccato penitentia.

XX. Quinto. Habemus, inquit, nomen satisfactionis, quod Lutherus sublatum cupiebat: habemus, satisficeri Deo, non autem soli Ecclesiæ, vt aduersari docent: habemus, satisfactionis opera ex condigno redimere penas peccatorum: quia premium, redemptionem, & compensationem Tertullianus appellat. Et Augustinus aperie conuincit, satisfactionem nostram non requiri solum ad exemplum, vel disciplinam politicam, sed vt iniuria Deo facta compenseretur, & diuinæ iustitiae satisfiat.

XXI. Bene probat Bellarminus, usurpatum satisfactionis normen, & quidem ita vt Deo satisficeri diceretur, quod neque Lutherus negabat: sed non probat, male Lutherum optasse id sublatum. Non enim sequitur, si à Patribus sit usurpatum, ergo non debere auferri. Imo, ea constat auferenda, non tantum, quæ ab initio mala: sed & ea quæ ex se indifferentia, & ab initio non mala, in abusum ierunt: eo iure olim serpens æneus qui in deserto, sublatu' est à pio rege. Eo iure multa in ceremoniis Papistæ non obseruant, quæ primis seculis in v'lu facere. At satisfactionis in hoc argumento,

Etsi nullus esset admodum malus vsus ab initio: tamen succedente tempore ita est nominata, ut tolerare non possint aures piæ: quæ legitima causa Lutheri p[ro]ij voti.

XXII. Sed satisfactionis opera ex condigno redimere p[ro]nas peccatorum, non probat profecto Bellarminus, aut vere dictum, aut etiam à Veteribus dictum. Non dixit Tertullianus, non dixit Augustinus, non dixit nullus Veterum, sed prorsus à se Bellarminus addidit, quomodo solent hodie lanj bonis carnibus mantissam adicere d[omi]niorem. Examenes.

XXIII. Primum, opera p[en]itentia Tertullianus non dixit, sed p[en]itentiam: *Quam ineptum p[en]itentiam non adimplere, & veniam delictorum sustinere?* Atqui non interest nihil. Nam opera p[en]itentia Bellarminus haud imaginatur alia, quam sua ieiunia, sua cibicia, suas lacrymas, sua denique opera laboriosa. Tertullianus autem longe aliter: ipsam illam p[en]itentiam, quam nobis mutationem vitæ nominantibus, irascuntur Papistæ. Et hanc impietate negat, quum non receditur à peccatis: non vero, quum non perficiuntur vicariae, atq[ue] arbitriarie p[en]as, sive p[en]ulae potius, quas nunc vident aduersarij.

XXIV. Probatur ab scopo, à verbis Tertulliani, disputantis aduersum eos, qui Baptisma differebant, & tamen p[en]itentiam profitebantur. Inde Pamelio, eius cap. 6. *Quod etiam Audientes, seu Catechumeni p[en]itentiam agere debeant.* Et ipse autor sic inchoat, *Quicquid ergo mediocritas nostra ad p[en]itentiam semel capessendam, & perpetuo continendam suggestere conata est, omnes quidem deditos Domino spectat, ut omnis (potu) omnes accusandi casu, qui olim omnis, ut norunt Critici) salutis in promerendo Deo petidores: sed precipe nouis oculis istis ignominie, qui quum maxime incipiunt diuinis sermonibus aures rigare, quique cattuli insania recentis, nec perfedus luminibus incerta rephant, & dicunt quidem pristinis renuntiare: & p[en]itentiam assumunt, sed includere, non negligunt. Interpellat enim illos ad desiderandum eis pristinis aliquid ipse finis desiderandi; velut poma, quum iam in acorem, vel amaritudinem sensere incipiunt, ex parte aliqua tamen adhuc ipsi gratia sua adulantur. Omnes præterea cundationis & tergiversationis erga p[en]itentiam vitium, presumptio intinctioni importat. Certi enim indubitate venia delictorum, medium tempus interim furantur, & commentum sibi faciunt delinquendi, quam eruditio non delinquendi. His verbis immediate illa adhærent, quib[us] Bellarmin ad testimonium abutitur.*

XXV. Papæ quantum argumentum subagitandæ Bellarminianæ incognitæ, imo non Bellarminianæ, sed Papisticæ. Neque enim vitium est persona: imo causa. Hæc p[en]itentia, Catechumenorum erat. At hi, testib[us] Papistæ, nullis p[en]as vias p[en]as redimebant, sed sola intinctione (ut Tertulliano vocabulo utar) & culpam, & p[en]as omnes absumebant. Et sanus credat quisquam à p[en]itentia, cuius nulla esent p[en]ae legitima: concludi alterius nescio cuius p[en]itentia p[en]as.

XXVI. Secundo, p[en]itentia nō adimplere, quid erat: quid erat, inquit, Tertulliano, p[en]itentiam non includere? Nam meos Papistas si interrogem: scio responsuros, & facile, vt habent in numerato sua placita, diecularum aliquor defectum: aut certe modulationum numerum imminentum: aut omnino nummulum unum, aut alterum minus erogatum. Nihil igitur opus est à Papistis querere, quod illos certo scio responsuros. Sed à Tertulliano operæ premium est exquirere, quod illi non suspicantur à Tertulliano auditumiri. Quid ergo Tertulliano p[en]itentiam non adimplere? Audi solennia verba, *Certi indubitate venia delictorum medium tempus interim furantur, & commentum sibi faciunt delinquendi, quam eruditio non delinquendi.* Inde postea, *Nemo ergosibi aduletur, quia inter Auditorum tyrocinia depudatur, quasi eo etiam nunc sibi delinquere liceat.*

XVII. Hæc ille: fed illud tuum, heus Bellarmine, vbi est: illud, inquam, tuum. *Satisfactionis opera ex condigno redimere p[en]as peccatorum?* Illud vbi est? immo illa vbi sunt: neque enim simplex mendacium. Satisfactionis opera: tum, ex condigno redimere: denique, p[en]as peccatorum? Nam Tertullianus, satisfactionem dixit, satisfactionis opera non dicit. Dicit redimere: non dicit condigne redimere: nec satisfactionis opera redimere. Cur mutat? Aut mutandi quisius concessit?

XVIII. Enimvero satisfactionis, ipsa est p[en]itentia, id est, mutatio in melius: quæ quidem etsi producat opera, tamen distat ab operibus, quantum habitus à suis actibus. Satisfactionis hæc redimit impunitatem: hoc est, obtinet ut remittantur, neque exigantur p[en]as. Quis negat, quandoquidem sermo sit de p[en]itentia, quæ includitur baptismo? Nec redimit condigne, sed per meram veniam, id est p[en]ae abolitionem: ita enim ipsi Papistæ concedunt fieri in baptismo. Etsi alioquin p[en]itentiam, sive satisfactionem oporteat esse condignam, sed condignam, non p[en]as, verum culpis.

XXIX. Atque hinc facilis interpretatio, quum dicitur p[en]itentia satisfacere Deo. Omnino enim necesse est: non enim apud homines agitur: itaque ne eorum quidem iudicio admittitur, aut improbat: sed Dei. Oportet igitur p[en]itentem ita agere p[en]itentiam, ut satisfaciat Deo: hoc est, ut hanc metiatur non hominum aplausu, non sacerdotum mensura, sed Dei præscriptio: qui iussit recedere à peccatis, & transferri in bonum: à regno tenebrarum in regnum admirandæ lucis. Non igitur, quod mereatur apud Deum, sed quod approbetur à Deo, *Precor vos fratres, ut si statis corpora vestra hostiam vivam, sanctam, invicem sororatu[m] acceptam Deo, ad Romanos 12.*

XXX. Hinc proportio illa: quia nimis grauissima peccata, insignis sunt malitia effecta: in signis autem malitiae, maioris est, altiorisq[ue] corruptionis: itaq[ue] maiori, difficultioris emendatione indiget, eoque: maiori quasi violenzia ad mutandum habitum.

XXXI. Denique ab Augustino non habuit Bellarminus, iniuriam Deo factam compensari, sed habuit, nō impunitum remanere peccatum, quia aut Deus puniat, aut ipse peccator. Non est autem idem, punire peccatum, & iniuriam Deo factam compensare. Discremen: quia puniatur peccatum, saltem per p[en]itentiam, ut emendetur peccator; & mutatione in bonum eradicetur malum. At facta iniuria Deo compensatur, absq[ue] peccatoris emendatione. Manifestum: quia, in baptismo puniatur peccatum eo modo, & tamen com-

pensatio iniuriæ diuinæ non exigitur: nam, ipsis testibus Papistis, culpa prorsus condonatur. In reprobis illa compensatur iniuria, nec tamen emendantur reprobis.

XXXII. Postremo, Bellarminus ad Cyprianum obseruat discriben inter Baptismum, & Sacramentum p[en]itentia: quod ante Baptismum non exigitur satisfactionis, quum Christi sanguine per Baptismum plenissime applicato, purgantur peccata omnia, non solum quoad culpam, sed etiam quoad p[en]am alterius vitæ, tum æternam, tum temporiam: post autem Baptismū necessaria satisfactionis sit, quoniam per absolutionem Sacerdotalem remittatur quidem culpa, ut non tota p[en]a temporalis alterius vitæ.

XXXIII. Sed hæc vnde? Nam à Cypriano illud vnum, *E[st] elemosynis, & fidei delicta purgantur: non utique illa delicta, qua fuerant ante contrâctu: nam illa, Christi sanguine, & sanctificatione purgantur.* Reliqua omnia Bellarmini sunt: nisi quod consulta liberalitate nunc donat publico, ut iam sint omnium, si omnes acceptant. Sed enim timeo Danaos, & dona ferentes. Népe ad suam præsumptionem Cyprianum inflectere satagit, ut idem videatur dixisse. Nos ridemus crassum artificium. Ante Baptismum non exigi satisfactionem, nullus dixit Cyprianus, qui contra didicerat à magistro: p[en]itentia compensatione redimendam impunitatem. Plenissimam sanguinis Christi applicationem, à non plena, nullus distinxit Cyprianus. Purgari peccata quoad culpam, p[en]amque interdum: interdum, nisi quoad culpam, aut ad summum, quoad p[en]am æternam, nullus didicerat Cyprianus. Quæ autem apud Cyprianum commenta non legimus, ea ut Cypriani esse credamus, non potest nullus obtinere Sophista.

XXXIV. Fatemur ab eo distinguere peccatorum ordines duos, alterum ante Baptismum, alterum post: Et purgari Eleemosynis dixisse ea quæ post baptismum. Pati etiam possumus, enī mentem fuisse, non purgari eleemosynis illa qua præcesserunt: sed sanguine Christi, & sanctificatione, non purgari sequentia, non putamus consequens. Et si contra Cyprianus sensisti, errasse putamus. Nam & manifestum est, eum ab usu esse locutus ex Tobia 4. sive portius Proverbiorum decimoquinto. Nam quomodo potuit illis locis distinguere ante baptismum, & post baptismum, quum ne cognitus quidem esset baptismus? Esto hæc igitur incommoda Cypriani sententia: sed similem nihilominus Papisticæ negamus: quia non sequitur, si aliter atque aliter, ergo per satisfactionem p[en]arum, potius quam culparum: aut rem sionem fieri culparum tantum, non etiam p[en]arum.

C A P . XVIII.

Nulla esse in Scripturis Satisfactiones.

I. *Ed hæc satisfactionum commenta validissimis argumentis confutantur. Quanquam vix opus foret nouis: quum, destructo fundamento, necesse sit totum ruere ædificium. Nos autem huius Babelis fundamentum diriuimus, disputantes, nullam reseruari peccatorum p[en]am post remissionem culpa. Quo posito, quid est, aut esse potest Sophistam, quod pertinetcamus?*

II. *Et vero reuocemus in memoriam disputationis partes. Satisfactionibus illi assignauerunt solas p[en]as temporales, tum huius vitæ, tum post mortem. Atqui, illi post mortem nullas probare potuerunt, non materialiter, non formaliter. Quomodo ergo satisfactionibus aprias? Quare, hac saltē parte, desperata Papistarum est causa: at plena securitas veritas.*

III. *P[en]as huius vitæ sperarunt reperisse: & habere vidi sunt nonnullas: saltem materialiter nominatas; id est, non proprie p[en]as: ideoque à Scholasticis potius p[en]alitates nuncupatas. Atqui primum nostræ controværsia est, imo esse debet de veris p[en]is, sicut de veris Satisfactionibus. Al oquin tropicis p[en]is tropicas oportebit respondere Satisfactiones: impropriis p[en]is proprias Satisfactiones: quod illorum pari non poterit zelus pro fide Romana: quæ nec satisfactionibus contenta, quasi aridum quid diceret, addidit condignas, augustissimum epitheton: & quod ausit vel Dei iustitiam prouocare, etiam seuerissimam.*

IV. *P[re]terea, nullas assignari posse p[en]alitatibus Satisfactiones, probatur facile duobus argumentis: Vno, p[en]alitates ipsi fatentur: & si negarent, cogeret quoridianum experimentum, fatentur, inquam, non tolli per Baptismum, in quo ramententur plenariam absolutionem tum culpa, tum p[en]a. Quanto, minus per p[en]itentiam? quandoquidem illis p[en]itentia separatur à Baptismo. Altero, quod etsi multa exempla collegerent p[en]arum in hac vita reseruari post remissionem, sic enim sperarunt, tamecum vnum quidem indicarunt, vnde constet, eas p[en]as fuisse aut remissas, aut permittatas nullis Satisfactionib[us]. Nec sane quicquam potest indignius cogitari diuinæ maiestate, quam quod decretum sit, non evenerit. Expertus est David, qui nullis preciibus, nullis ieiuniis obtinere potuit, ut ne moreretur in infante, quia erat à Deo prædictus.*

V. *Sed his omnis, quæ prolixe declamari possunt, alia videamus. Esto igitur primum argumentum. Nulla Scriptura docet, nullis Satisfactionibus voluntarijs, arbitrijs, vicarijs, vilas p[en]as à Deo impositas euquam fuisse compensatas. Ergo, id alienum est à fide Christiana.*

VI. *Respondent, distinguentes nomen à re ipsa. Et de nomine concordant antecedens. Nam, teste Peltano, ad argumentum 4. vox hæc Satisfactionis diuinis literis, sub ea saltem notione, quæ hic usurpat, non existit: sed negant consequentiam. Nusquam enim, inquit idem, in testamenteriis Scripturis occurrit vocabulum hoc Trinitas, nusquam Persona, nusquam alia multa eiusmodi, quæ & que credimus, ac catena, quorum nomina ibidem prodicantur.*

VII. *Nos & distinctionem non respiciimus, & agnoscimus ingenuos: non esse argumentum firmum à solo nomine. Itaque de eo neminem nostrum vidi questionem mouentem & vero Peltanus ipse argumentum expresserat in huic modum. Cuius in univerſa Scriptura nullum extat vestigium nullū omnino symbolum, ne obscurū quidem, illud homines, sana Evangelij do-*

*H*irina probe instituti, admittere non debent. Hec autem verba de solo nomine cui persuadet Peltanus loquitur. Nam minus ex Lutherio descriptis: O flendant, si possunt, ubi in tota Scriptura unus apex, aut iota scribatur, pro peccato mortali uno debere satisfaci septem annis: dicant ubi pro differentibus peccatis differentes penas statuat Christus, & Apostoli. Nonne hec omnia sunt postea invenia ab Episcopis? Quibus verbis Lutherus, non vocabulum suspicionibus sollicitauit, sed rem ipsam manifesto nouitiae falsitatis arcessuit.

VIII. Quare Salmero *αἰσαπολόγητες*, qui argumentum concepit in hæc verba: *Septimo, vox inquit, Satisfactionis noua est, & à Sacris literis aliena.* Et respondit, latifruolum esse argumentum. Nimirum, expeditissimam ad victoriam fecit esse viam, si aduersario arma subtrahens solidam, possit straminea substituere. Expeditus sane artificium, & in pugnis seculiforean vtile: verum, in solida Veritatis inquisitione, neque vtile, neque honestum.

IX. Hanc igitur larvalem pugnam mittamus. Dere ipsa negant quidam iterum consequentiam: ex inolita Traditionum persuasione: quæ frusta sit, sinitur sit admittendum non scriptum. Peltanus. Si id tantum recipere licet, quod in sacris codicibus conceptis verbis traditum extat, non solum aliquot illustres fidei articuli in questionem vocabuntur, sed ipsum quoque scriptum Dei verbum. Nusquam enim hic proditum est; hoc Euangelium, vel oraculum, germanum; illud contra, nostrum vel spuriū esse: nusquam hoc volumen huius esse, illud, vel illud alterius.

X. Sed præclusa est iam olim euasio, disputatione de perfectione Scripturarum, & Traditionibus in tom. Itaque, nulla fuerit iusta causa diutius insistendi. Vnum monebo, quod olim Athanasius Apollinaristus in Incarnatione Domini; *εἴπει τῷ θεῷ τὴν γέγαμηθά λαλεῖ Βαλεντίνῳ, τι τοιούτης Διοκλητίῳ; τότε μὲν ἀδελφός, μὲν τέλευτον τῷ θεῷ οὐ γέγαμηθά πειθοῦσα: σλίζεται Εκκλεισθεὶς ἐν ταῖς ψυχαῖς πειθοῦσα τῷ λόγῳ τούτῳ, ὅπως ἐλεύθερος εἴσῃ: Si diuersa δὲ Scripturis fabulari vultis, cur nobis cū concertatis, qui neque loqui, neq; audire quicquam preter ea quæ scripta, persuasi sumus, dicente Domino. Si manteritis in meo sermone, revera libereris.*

XI. Alias malunt (& laudabilius quidem) negare antecedens. Causas attēdamus, sed ante omnia notemus, debere igitur probare, primo satisfactionū pœnalis peccatorum: deinde, satisfactionum voluntarij pœnis, variisque, & suis temporib. assignatis: vt notabat Lutherus. Peltani primum: vestigia legam: tum Bellarmini.

XII. Peltanus multa mouet. Primum. Palam est, inquit, diuinatas literas non solum fidem, & nouam vitam à sceleratis, & peccatoribus exigere, sed pœnitentiam quoque, & ultraneam patratorum scelerum vindictam. Ezechielis 18. *Conuertimini, & agite pœnitentiam ab omnibus iniquitatibus vestris.* Lucas 3. *Nisi pœnitentiam egeritis, omnes similiiter peribitis.* Actorum 26. *Annunciabam, ut pœnitentiam agerent, & conuerterentur ad Deum, digna pœnitentia opera facientes.* Hic sane, inquit, Peltanus, præter fidem, & pœnitentiam interiorum, digni quoq; pœnitentie fructus experuntur: quodcumq; tandem dignorum fructuum nomine accipere relubeat.

XIII. Non solum, inquit, fidem, & nouam vitam, sed etiam pœnitentiam. Nimis Papistice. Nam noua vita, & pœnitentia, non differunt, sed sono. Ultraneam scelerum vindictam. Esto inquam. Nam apud Paulum legimus *εὐδίκαιον.* Sed hæc, quid ad rem? Nam profecto scelerum vindictas, communionem pœnarum non significat: minime vero omnium pœnarum, post remissionem reseruatarum. Imo potestne Peltanus ostendere, Corinthios aliquas simplices pœnas deinceps, postquam ei condonatum est? Nam suam *εὐδίκαιον* obseruo Paulum laudasse in Corinthiis, antequam admitteretur ille ad pacem Ecclesie.

XIV. Miratus sum Peltani liberalitatem, concedentis, vt fructus illos dignos pœnitentias, quomodounque velimus accipiamus. Vos haec quid illi fuerit iudicij, agnoscite, Lectores. Sed nos non tremur hoc tam vasto iure: qui Scripturam non proprio arbitrio, sed certa religione tractamus. Non dicam ergo, quæ nos hæc opera intelligamus: sed ostendamus, non posse illas pœnarum permutationes intelligi. Loquitur Paulus de Euanglio à se prædicato ijs qui nondum fideles erant, & Christiani. Itaque meminit conversionis ad Deum: *Prædicauit, inquit, primum iu*n* qui erant Damasci, & Hieropolis, & per omnem regionem Iudea, deinde & Genzib; ut pœnitentiam agerent, & conuerterentur ad Deum.* Hos igitur, qui conuerterebantur ad Deum, hortabatur vt fructus dignos facerent pœnitentia. Atque, huiusmodi di viris nullæ imponuntur pœnae satisfactoria, quia per baptismum dimittitur tum culpa, tum pœna. Quæ igitur tantæ confidentia Peltano iusta causa?

XV. Secundo: Peltanus aduocat in subsidium locos illos omnes, qua ex veteri, qua ex novo Testamento, quæis probandum sperat, expiatu sceleris, nonnullum interdum pœnarum debitum reliquum fieri: quæ si hic non exoluantur, alio loco dissoluenda sint: nec locum esse alium post hanc vitam, nisi Purgatorium.

XVI. Vetus cantilena: sed mitto quod iam disputatum, nullas has pœnas esse. Denaus esse: at nunc superflus labor: quum non pœnas quæramus, sed satisfactiones. Quid enim: Num quis sanus censeat, si concludantur pœnae, statim concludi mutatoria illas satisfactiones? Felices hac spe noua, & Epulonis, & Iscarioti, & Iuliani Apostolorum animas. Sed hæc est mentis *αἴσιωσις* nec facile sananda, quamdiu traditionum erit autoritas maior, erit æqualis Scriptura. Sunto ergo sane pœnae quædam reseruatae: esto etiam, si velis, Purgatorium: at negamus tamen, illas esse satisfactiones, id est, pœnarum pœnas vicarias.

XVII. Tertio: Falso asseritur, inquit, nullum in testamentariis Scripturis satisfactionis nostræ symbolum extare. Constat enim omnia illa veteris instrumenti sacrificia, quæ in diuferorum peccatorum expiationem diuferæ conditionis hominibus à Deo Opt. Max. præfinita offerebantur, expressum nostrarum satisfactionum typum gesisse. Sed & clare quoque easdem adumbrabant pœnae illæ, & molestiae, quæ Daudem, Moysem, Aaronem, & alios innumeros, post culpam condonatam, pertulisse legimus. Quin & grabata illa, quæ, post acceptum sanitatis beneficium, noui Testamenti paralyticæ, Christi voce, baulare iussi sunt, aliquid quoque eiusmodi minime obscure præse ferebant; erat

enim huiusmodi deportatio, non solum molesta, sed in partem quoque probrota.

XVIII. In nunc: & Iesuitis inuidero subtilitatis laudem Ij vero quid non assequuntur, quos ipsius Dei non fugiunt arcana, quæ nunquam reuelauit? Nec aduersus eos præscriptio est Pauli, prior ad Cor 2. *Ea quæ sunt Dei, nemouuit, nisi Spiritus Dei.* Gratia magna bono illi ex Pyrenæis in monte baslatroni, qui hoc hominum genere senectam hanc beatum mundi. Absque te esset, bone Loiola, laterent ea nos adhuc, quæ Deus nunquam cogitauit, nūquam sciuit: saltem Iesuitica æquiuocatione, vt reuelaret: sed vt diuinaret leuitarum Peltanus sagacissimus.

XIX. Omnia sacrificia veteris Testamenti expressum typum gesserunt satisfactionum. Magnum arcannum: & ante inauditum. Sed unde scimus ita esse? Constat, inquit, *Quo autore? Peltano Iesuita. Quo teste? Iesuita Peltano.* Magnifice. Sed patietur ne diuini, vel verius diuinantis ingenij vir, sibi quicquam obiici? Videtur enim non posse. Nam illa Sacrificia, primum non erant voluntaria, sed necessaria, & certis legibus definita; suis ritibus descripta: deniq; sua materia erra. At Papisticæ satisfactiones neq; legibus, neq; ritibus, neq; materia, sunt constitutæ, sed vel libero peccatoris arbitrio, vel Confessionarij vaga vertigine incertæ. Secundo, nulla vñquam legas oblata post remissionem culpa.

X. Sed tertio, quod vere maximum est, crediderant haec Theologi, omnia illa Sacrificia typos esse satisfactionis Christi, non nostra. Augustinus, de Civitate Dei libr. 10. capit. 20. *Huius veri sacrificij* (ante dixerat, *Verus ille mediator Sacrificium maluit esse, quam sumere*) *multiplicia, variaque signa erant sacrificia prius sanctorum, quum hoc unum per multa figuraretur tanquam verbi multis res una diceretur, vt sine fastidio multum commendaretur.* Contra Fanum, li. 6. c. 5. *Omnia talia multa, & variis modis, unum sacrificium, cuius nunc memoriam celebramus, significauerunt.* Contra aduersarium legis, lib. 1. c. 18. *Iam sacrificia talia non offendit Dei populus Deo, postquam venit unicum sacrificium, cuius umbra fuerunt illa omnia, non hoc improbantia, sed hoc significantia.* Sicut enim res una multis loquitionibus, & multis linguis significari potest: sic unum, & verum, & singulare sacrificium, multis est ante sacrificiorum significatum figuris. In Psalm. 74. *Sacrificium victimarum, & pecorum, magnum habet sacramentum sed in omnibus illis generibus sacrificiorum, intelligitur unum illud sacrificium & unica victimæ in cruce Domini.* Fulgentius de fide ad Petrum c. 2. *Nam in sacrificio carnalium victimarum, quæ ipsa sibi sancta Trinitas, que unus est Deus noui & veteri Testimenti, à Patribus nostris precipiebat offerri, illud sacrificij significabatur grauissimum munus quod pro nobis seipsum solus Dei Filius secundum carnem esset misericorditer oblaturus.*

XI. Hæc fuit igitur oīm Christianis fides persuassima. Quanto spatio distans à Peltani diuinatione? Etenim, sacrificium Christi, vel in baptismo applicatur, vel in pœnitentia, si credimus Papistis doctoribus. In baptismo, tollit culpam, & pœnam. In pœnitentia, tantum culpam, & pœnam æternam. Ut rous modo, periit Peltani subtilitas Nam, si sacrificia significarunt Christi sacrificium in Baptismo applicandum; ergo significarunt plenariam indulgentiam pœnae simul, & culpe. Quomodo igitur typi fuerūt satisfactionum, quib. cum culpa nihil est commune? Sin autem significarunt in Pœnitentia; Ergo remissionem culpæ & pœnae æternæ: Atquin culpam, in pœnam æternam satisfactionib. nihil iuris. Itaq; aut falsum, sacrificia illa typos suis sacrificij Christi. Aut non verum, designasse satisfactiones nostras. Illud tamen Augustino, hoc Peltano, visum. Sed fortean somniabat Augustinus, Peltanus diuinabat: & Iesuitis placet, diuinantibus quam somniantibus plus esse fidei.

XII. Videamus reliqua Pœnæ illæ, & molestiae, quæ pertulere David, Moses, Aaron, clare adumbrant satisfactiones. Adorem libens tam recetem diuinationem, si constaret ipsa sibi. Nam satisfactiones Papistæ volunt esse, non ipsas pœnas retentas à Deo post remissionem culpæ: sed alias arbitrarias illatum vicarias. At illæ profecto vicarie nullæ: sed, vt ita dicam, *μετανοεῖτε.* Itaq; excusem fortale concludentes ab illis illogum pœnis, non condonari omnes pœnas simul cum culpa, sed quia dederunt illi pœnas, ergo nobis nostro arbitrio satisfaciendum, id est, supponendas, non concludant nisi *φεύγοντες.* Et vere nesciebat Peltanus quid diceret, qui clare dixit adumbrari quasi villa sit vimbra clara.

XIII. Deuenimus ad grabata paralyticorum. Hæc, inquit, obscure non præse ferebant aliquid huiusmodi. En vero nouum potentissimumque argumentum. Et miretur quisquam leviculis permutationibus magnas peniarum pœnas: quando paralyticis, viuis lectu, viuis grabatgestatio, pro satisfactione fuerit: & quidem à Domino impedita? Securiam ludite, Sacrificuli: neque veremini, ne vobis numerorum sit Platonorum obtinenda cognitio, ad iustum peccatorum metiendam proportionem, ne forte minus equo pœnarum imponatis vestro pecori, vobis adgeniculanti. Habet exemplum: magnum exemplum; Christus paralyticis imponit grabatuli gestationem. Sed imprudentiores paulo cœstis, Iesuitæ: qui quum proficemini eximium quid in arte confessionaria, quasi pœnae, reliqui omnes *ως αντίος αἰσιος;* tamen hoc quicquid est, ad grabatorum vñq; dimittis gestationem.

XIV. Verumtamen, hoc quicquid est arguēpti, literale est, an allegoricum? Nam si literale, habet sibi oppositos omnes interpteres: qui ea gestatione dixerunt significari, perfectæ sanitatis restitutionem. Nec ij Veteres tam, sed & noui: iisque Papistæ. Barradas Iesuita, tom. 2. lib. 5. c. 19. *Manifestissimum voluit esse miraculum:* ideo non solum ut surgeret imperavit, sed, vt lectu etiam in humeros sublatu domu *vñs suam ferret.* Hæc enim perfectissima sanitatis miraculo adepta, signa erat clarissima. Erat lectus signum & agitudinis, id est signum fuit sanitatis: signum & agitudinis fuit paralyticum portans: signum sanitatis fuit à paralytico portatus. Vnde Chrysologus, sermone quinquagesimo, Tolle inquit, lectu tuu, vt quo est infirmatus testimonii, sit probatio sanitatis: vt lectus doloris tuu, sit me & curationis indicium: vt recepta fortitudini magnitudinem, poulderis afferat magnitudine. Haimo in Matthæum, Lectus te portauit, quando in firmus eras, vt ostenderet te infirmum esse: portauit lectum tuum, vt quin portatur à te, ostendat te sanum esse effectum. Euthymius ad confirmationem quod corpus robustum relinquetur, posse tollere lectum. Hæc Barradas: &, vt conspirationem esse scias, idem alij Iesuitæ: Maldonatus in Matthæi 9. Peregrinus in Ioannis 5. Salmero tractatu 14. tom. sexti: Teletus in Lucæ quintu: Similiter

Similiter non Iesuitæ, Lucas Brugenſis in Matth. 9. Villagudus in Ioann. 5. Stella in Lucæ 5. Ianſenius Harmoniaæ capit. 32. Nimirum, aut nihil viliſ teſtibus probatur, aut hunc oportet eius loci elle ſenſum literalem: ideoque non illum Peltani.

XXV. An igitur allegorias ſectatus eſt? Ut libet. Sed allegorij vii pro argumentis in Theologia, & quidem argumentis claris, ab eo loquimur. Enim uero, quid non potest hoc modo detorqueri? Imo vide! In his uis verbis Tolle grabatum tuum: examen allegoriarum commentus eſt Pererius in Ioan. 5. Porta carnem tuam, domando eam: porta proximum tuum, licet grauius, & moleſtus ſit: porta peccata tua, ad Confefſarium, qui exonerabit te: porta peccata tua ante oculos tuos frequenter: porta huius mundi bona, noli immoderato corum trahi amore: porta patienter miferias huius vitæ. En tibi ſubtilitatem ſubtilitate cumulatam. Et tamen in tot allegorij non potuit Pererius ſatisfactionibus locum affigare. Nam, eſi miferias relictas dicat ad maiorem pro culpis ſatisfactionem, tamen non accedit ad hoc nostrum argumentum, vbi agitur de ſatisfactionibus vicariis.

XXVI. Verum aduerte, Peltane, ſive ad literam intelligas, ſive allegorice, tamen nullam in grabato ſatisfactionem eſſe. Stella, in Lucæ 5. aliter, huic paralytico datam eſſe plenariam remiſſionem. Verba ipſa recole. Quarto aduerte quod non ſatis erat dicere, remittuntur peccata tua, niſi adderet, tibi: ac ſi diceret, tibi remiſſa sunt peccata tua: abſolutus ab eis manus. Quid deſej tibi, ut ſatuſias, ego pro te rependam. Quod conſirmatur ab alijs exemplis: quandoquidem nemini corum, quibus Christus legitur remiſſile peccata, quicquam impositum eſſe pœnarum, aut ſatisfactionum: nec veriſimile eſt, Christum in iſto vno diſceſſiſe a consuetuſ liberalitate. Quod autem potest ab eo paralytico ſum argumentum ſatisfactionum, cui nulla ſatisfactiones fuerint impostaſ?

XXVII. Atque haec tenus Peltani mirandum acumen. Nunc Bellarmino, ad eam partem, quæ eſt de vario ſatisfactionibus demendo tempore. Is primo negat, teneri quicquam eiusmodi probare Scripturarum auſtitute. Neque enim ſe contendere, determinationem certarum pœnarum, ſive quoad tempus, ſive quoad modum, eſſe iuriſ diuini. Christum in aliis plerisque, pœſcriptis ſequitur: determinationem temporis, loci, modi permisſile Ecclesiæ. Hic igitur Christum in genere pœnitentiam peccatoribus imperiale: modum autem, & tempus, & ſimilia, Ecclesiæ definitione rel. quifile.

XXVIII. Nos fatemur, meras temporis, loci, modive circumſtantias eſſe arbitrio Ecclesiæ conſtituendas: ſic Augustinum dixiſſe, ieiunandum eſſe: at Eccleſiam varijs ſibi diis conſtituiffi. Christum inſtituiffi communionem Eucharistiæ: ſed hanc alibi quotidie, alibi diebus Dominicis, vñp̄atam, liberò iure Ecclesiæ. Sed ſimile iudicium eſſe huius controuerſi non facile perſuadetur. Primum enim; illud ipſum controuerſi, utrum in genere Christus ſatisfactiones præcepert. Satisfactiones, inquam: nam quod pro ijs pœnitentiam Sophaſta ſuppoſuit, adulterinum eſt, & pœnūlā. Niſi quatenus Papistæ nominibus iſdem resalias designarunt. Quæ olim eiant ieiunia, nunc ſunt ciborum permutations. Quæ olim caſtitas: nunc hoſtile odiu matrimonij. Similiter, quæ olim pœnitentia, conuerſio erat à malo in bonum: nunc eſt afflictatio corporis. At non, ſi Papistæ tam fuerunt audaces, ut moneta diuinam adulterari: ideo nos tam ſtupide faciles, ut nullo diſcrimine omnia admittamus. Itaq; eſi pœnitentia concedimus habere Christum autorem: tamen negamus has arbitriaſ ſatisfactiones, has non iam peccatorum, ſed pœnarum pœnas, vñlā habere à Christi inſtitutione originam.

XIX. Deinde negamus, ſatisfactionum hæc demensa tempora, eſſe meras circumſtantias; & ex earum numero, quæ pendeant ab arbitrio Ecclesiæ. Ratio facilis: quia nudæ circumſtantiae nihil addunt rei præſentes, aut minūt absentes, neq; ſui cauſam habent aliam, præter ipsam deceſſentiam Ecclesiæ voluntatem: ut, exempli gratia, Quare quarta feria olim ſit ieiunatum, non ſabbatho: contra hodie apud Papistas, Sabbatho non quarta feria; nihil eft præter confutacionem, & institutum: ſic enim volunt aduersarij. Atqui longe maius momentum in ſatisfactionibus, quarum oportet quantitatē proportionari peccatis, ſi Sophistis creditimus: vnde illis cauſo: ſi minores ſunt, quantumvis à ſacerdote impositæ, luendum eſſe quod defuerit, in Purgatorio. Itaque neceſſe eſt haec proportionem, nou eſſe arbitriam: niſi forte ipſa peccatorum etiam quantitas dicatur itidem arbitria.

XXX. Sed huic priori reſponſo admodum diſſimulanter proposito; ſubiungit aliud majoris moſenti: demonſtrans, mulctam Septem annorum pro peccato: ex ſecondi libri Samuelis capite vigesimoquarto, vbi Davidi proponitur pœna loco, vel fames in annos septem: vel belum in menses tres: vel peſis in totidem dies. Item 4. Danielis, imponitur Nabucodonofor pœna ſeptennis.

XXXI. Sed hoc neutrum exemplum ad rem. Non enim eſt vñlum pœna vilius arbitriæ, aut vicariæ, ſed imposta, ſive, ut illi loquuntur, retentæ: nec vñlā alia permutata. Itaque quicquid carum tandem eſt, ſatiſſatio appellari queat: ſatisfactione minime. Patet à re ipſa. De Nabucodonofore clarum per ſe: neque enim legitur obtemperasse conſilio Danielis, unde Papistæ conuantur ſtabilire ſatisfactiones: vnde neceſſario coguntur agnoscere, nullis ſatisfactionibus illum eſſe conatum auertere conſtitutam pœnam. De Dauide autem: primo, patet imposta ſuife à Deo pœnam, non autem ſponte aliiſtum: & optionem factam, coactione quadam, Coartor, inquit, ſed melius eft ut incidam in manus Domini. Post etiam rogaſe conſtat, ut auferretur: Ego ſum qui peccau: iſti, qui oues ſunt, quid fecerunt? Vertatur, obſecro, manes tua contra me: & contra domum patris mei. Breuiter: Bellarmin, habet exempla pœnae ſeptennis, trimestrī, triduanæ: ſed nullum ſatisfactionis.

XXXII. Roffensis: tamen conſtat, inquit, aliquam à Deo conſtitutam pœnam remiſſam fuiffe. Nam, quum eſſet indicta trium dieum peſis; Deus tamen non amplius quam vnius diei vindictam vouit exerceri: itaque ſublata eſt bidipi ſequentis moleſtia: nimirum, ut pœnam à Deo conſtitutam pœnitenti, intelligamus haud irremiſſibilem eſt.

XXXIII. Ne hinc quidem virium quicquam: Vbi enim ſatisfac‐
tio? Breuiatum audio pœnam, ſed ſatisfacientem Dauidem nulla di‐
xit Scriptura. Et hoc tamen nunc diſcurrimus. Itaque Roffensis quod
quæritur non probat: quod non quæritur, quaſi magnum aliquid oſten‐
tat. Certo qui Veteres exſtimarunt, breuiatum eſſe tempus, nullas
ſatisfactiones tamen ſbmiarunt, ſed miſericordiam Dei. Theodoretus,
qæſtione 37. in librum ſecundum Regum: Trium dierum mortem Deus mi‐
nabatur ſex autem horis ſolum intulit. Si dies autem numerentur cum nocti‐
bus, inueniuntur pars ſolum duodecima minarum illata eſſe populo. Ita Deus beni‐
gnus, & clemens, maioribus quidem uifus eſt minis: minis autem longe minora
infert supplicia.

XXXIV. Ettamen breuiatum eſſe tempus, vnde conſtat? Non
ſane ex Scripturæ verbis, quæ dixit יְהוָה יְהוָה הַבְּקוֹרִי־עֵדֶת Editio Latina verit: De mane uisque ad tempus conſtitutum: expreſſio ad verbum
contextu, quod nemo negat, aut potest negare. Nam יְהוָה de tempore
diſtriſtuto norunt quicunque vel à limine Hebraicum idioma ſalutari‐
rant. Itaque a Septuaginta redditur, ut plurimum, νέαρες. Genes. 7.
τίτανος οὐ τις εἰς τὸ νέαρες παρεῖ τῇ Σαρῇ ἀδ hoc tempore. Interdum
νέαρες: Numerorum, Καὶ ποιεῖται τὸ πλήρης νέαρες ἀντὶ τῆς οὐρανοῦ. Et faciant Pa‐
ſcha hora ſua.

XXXV. Cur non igitur intelligas tempus illud praefitutum à Nathane? Nimirum, ut lues eoperit matutino tempore, nec defierit ante tertiu diem, ſicut erat deſignatum? Nam, quod Lyranus opponit, quod ſequitur, Venit
Gad prophetæ ad Dauid in die illa, videri dictum de prima die peſtilentia; ſo‐
minum eft: cur non enim de die tertia?

XXXVI. Certe ridiculi fuere Septuaginta, qui ſuas ἀργας αἴσια: vnde de‐
ceptus Theodoretus. Alij, maxime Rabbinj, diem totam deſignari putarunt: quia Paraphraſtes Chaldaeus notauit tempus utriusque iugis ſacrificij, matutini, & vespertini. Sed neque autoritas Paraphraſtis tanta, ut propterea
v. ſit textui Hebraico: neque vero ille vnam diem expreſſit, A tempore, inquit, quo maſtarur inge, quoniamque adoleatur. Quod ego quidem malum in‐
terpretari, non de uno eodemq; die; ſed de ſacrificio matutino primi dici, ad
veſpertinum tertij: ut fuerint non tres integræ dies naturales, ſed tres arti‐
ficiales, cum duabus noctibus. Niſi forte in animo habuerit potius, quod & e‐
go malum, non totius temporis, quo graffata lues eft, ſumma colligere: ſed ſingulos dies deſcribere non naturales, ſed artificiales, ut noctibus eſſet
ἀναπνευσθαι. Quo modo vertendum, Et dabit Deus peſtem in Israel à tempore,
quo maſtaretur inge, quo uigil adoleretur. Certe trumvis dixeris, mollius erit
aperta illa contradicione.

CAP. XIX.

De Satisfactione Christi.

I. Secundum argumentum nobis eft à Christi ſatisfactione. Absur‐
dum eft, quorum peccatorum ſatisfactione iam plena fuit, eorum
aliam ſatisfactionem poſtulare. Atqui fidelibus omnium peccatorum
plena ſatisfactione fuit apud Deum. Ergo absurdum eft, aliam iſdem peccatis
ſatisfactionem querere. Maior ſua lice patet, & ſenu communi concipitur,
neque enim ſatisfactum eft, quoties aliquid ſupererit ad effectum conſequa‐
dum.

II. Assumptio non eft obſcurior apud Christianos, qui Mediato‐
rem Christum ſciunt, ſatisfaciendo pro peccatis, redemilē genus hu‐
manum. Sic Petrus dixit, primo 1. Ut qui ſciatis vos, non caducis rebus,
argento, vel auro, uififerem redemptos, ſed pretioſo ſanguine Christi. Omne preſtum
eſt ſatisfactione: At Petrus preſtum deſignauit non nomine, ſed reſquum au‐
ro, & argento; quæ in humanis rebus frequentiſſima, eademque pretio‐
ficiſſima pretiorum nomina, ſanguinem oppoſuit, ſignificant ergo Petrus,
Christum pro nobis ſatisfecisse. Nec aliud Paulus voluit, ad Coloffenses 2. queſi deletum dixit quod aduertum nos erat chirographum, & cruci
affixum. Nam hæc metaphora eft à debitorum ſeedulis, quæ tum lace‐
ratur, quum omne quod debebat exſoluitur eft: nec prius. Quare
neceſſe eft Christum plene ſatisfecille: nam ſi ex parte tantum, ergo non
deleuiſſet chirographum. Id eleganter Augustinus effatus eft, in psalmi
94. Venit ergo dicens, ut recedamus à peccatis noſtriſ, & non nobis cum deuca‐
rationem de præteritis, ſed tanquam tabula noua ſtant, incenſis omnib. chirogra‐
phis debitorum noſtrorum. Eu nouas tabulas. En incenſa chirographa. Et ali‐
quid ſupererit debitorum?

III. Eo pertinet, quod crebrum in Patribus, non tantum pœnam ſub‐
latam per Christum, ſed ſolitam: id eft, alia pœna ſublatam: quæ omnino
ſatisfactione eft. Augustinus, ſermone 141. de tempore, Quem ſine concepi‐
ſentia virgo concepit, quem virgo peperit, & virgo permaneſt, qui vixit ſi‐
ne culpa, qui eft mortuus propter culpā nec ſuum: nā mortuus eft proprius noſtriſ.
Pœna culpa mortis Dominus noſter Ieſus Christus mori venit, peccare non ve‐
nit: (corruptum locum ſic reſtituo, Pœna culpa mors. Dominus noſter: & queſi
sequuntur) communicando nobis ſum sine culpa pœnam, & culpam ſoluit, &
pœnam. Cyrillus, 12. in Ioann. c. 15. Quem admodum mors Christi, qui morti no‐
ſubiciebatur, ad deſtruendam omnium mortem (uifecit: ſic intelligere ac crede‐
re oportet flagella ac deſecra Dominum perculiſſe, ut a talibus noſ eriperet: ipſi‐
us enim liuore ſanati ſumus: ut ſcribitur).

IV. Catholicis ergo perſuaderi non potest, non ingratissimos eſſe
in Christum, ſimil & contumeliosiſſimos, qui non hoc agnoscant ab eo
beneficium in ſolidum, ſed ab eo partem detrahentes, ſibi vindicant: maxi‐
me cum audiant ab Apoſtolo ad Hebr. 10. Unica oblatione conſeruauit, τελε‐
άνων, (Latinus Interpres reddidit, conſummauit) in perpetuum eos qui inſi‐
ſificantur. Occumenius, τελεών αὐτὸν αὐτόν τὸν μέγαθον. Neq; quicquam fre‐
quentius audiant, quam Christum eſſe propitiacionem pro peccatis noſtriſ,
ad Rom. 3. 1. Ioan. 2. & 4.

V. Adueſarijs variæ ſunt tentatæ rimæ. Vasques à cap. 6. disp. 2. ad cau‐
ſas conſiguit, propter quas perfecta pro nobis Christi ſatisfactione non inutili‐
ter poſtulet etiam noſtram ſatisfactionem. Itaq; negat propositi ſyllogiſmi
maior.

maiorem. Causas autem eas explicat sub finem capituli quarti disputationis sextae; in hunc modum. Primum: Quia satisfactio, & meritum Christi hoc solum praestare possit, ut impetraret nobis gratiam: non possit tamen nos formiter reddere dignos gloria: quandoquidem digni gloria reddimur per iustitiam inhaerentem. Idcirco merito Christi additam fuisse iustitiam nobis inhaerentem: & ad hanc habendam, siue recipiendam, requiri nostra etiam operationem. Alteram: quū post iustificationem aliquando maneat obligatio ad peccatum temporarium, in quam ex vi iustificationis commutata fuit peccata eterna: quamvis Christus condigne mereri nobis potuerit remissionem illius sine nostra satisfactione, tamen efficere non potuit, neque merito suo impetrare, vt qui ante eramus digni pena temporaria, non maneremus illa digni, quamvis nobis remitteretur siue concordaretur, nisi nos etiam satisficeremus ex gratiae auxilio, quod nobis meruit.

V.I. En audaciam ! Ita disputat de tantis his mysterijs , quasi non à voluntate diuina penderent absolute : & Deus potius certis astrictus axiomaticis suorum institutorum inde rationem deducret . Quid enim aliud sonat id tories repetitum, non potuit , non potuit ? Hoc vero quando auditum inter vere Christianos ? Et si nunquam auditum , cur sit in istis noui- tiolis tolerandum ? Nolebat olim Nouatianus admitti pœnitentes ad pacem Ecclesie : Basilius exclamabat , πη̄ς ισθμ τῷ Θεῷ γοργοθετήντες ; βέ- λτερα ὁ Θεός αἴφεναι , καὶ τις ὁ κωλύων ; Qui sumus , qui Deo legem figamus ? Vult Deus dimittere , & quis prohibeat ? Enim uero nos firmiter tenemus , ac- curateque defendimus , nullam fuisse Deo causam aut redimendi , aut sic re- dimendi genus humanum , prater suam iudeitatem , tuam liberam , absolutam , omniisque extrinseca lege liberam voluntatem . Itaque blasphemum esse , qui quicquam in tanto beneficio minuat vlo pætextu : maxime , quod non potuerit aliter . Agito Vasques Theologice , & ostendito voluntatem diuinam ; in suas partes habiturus paratos cedere . Sed si nihil nisi blasphemet , exspecta- to à piis n.hil nisi anathemata .

VII. Et Vasqui tamen in cassum blasphemie. Tantum potest nobis impetrare gratiam: non potest efficere iustos formaliter. Esto, inquam. Nam & nobis illud sufficit, neque hoc necessarium est. Quid enim? Negatne condonationem poenæ esse gratiam? Cur ergo per Baptismum conferatur, si nihil nisi gratiam promeritus est Christus nobis? Si est gratia, cur non potest promereri post Baptismum? Quanquam ego hoc nimium Papistice sum loquutus. Catholici enim nihil aliud, nihil aliter nobis post Baptismum mereri Christum sciunt, quam in Baptismo. Curnon ergo, quam gratiam nobis Christus meritus est, quamque in Baptismo accipimus, non accipiamus in pœnitentia? Accipiamus, inquam, tantum pro peccatis ante Baptismum commissis, non pro peccatis post Baptismum? Repeto. Si remissionem pœnae temporalis non meruit, non potuit nobis meruisse Christus: ergo non datur in Baptismo. Si datur in Baptismo, ergo potuit mereri: immo meritus nobis est. Et si meritus, ergo hæc causa est ineptissime conquisita Vasqui.

VIII. Sed non reddimur, inquit, digni gloria, nisi per inhærentem iustitiam. Atqui primo, alias confessum est, neminem reddi gloria dignum per inhærentem iustitiam. Secundo, quid hoc ad rem? Nam de gloria nunc quidem nostra nulla disputatio est: sed de remissione pœnæ duntaxat; & eius quidem temporalis. Quæ si non putant esse diuersa, cur infantibus, quos nullo affici pœnæ sensu tenent, limbos adscribunt, ybi nulla sit gloria?

I X. In altera causa , vnum video repeti , iam refutatum , manere temporariam pœnam , remissa culpa. In reliquis , meræ mihi sunt tenebrae. Nam primum , quid est , pœnam æternam ex vi iustificationis mutatam in illam temporariam , quæ remanet post remissionem ? Nam me Bellarminus , me Costerus , me Contilium Tridentinum , me Catechismus ad Parochos , me alij docuerant , pœnam æternam non mutari , sed æque cum culpa remitti auferriique. Deinde , pœnam illam temporariam , non succedaneam esse , sed suo iam mento deberi. In peccato enim esse culpam , pœnam temporariam , pœnam æternam. Itaque non imponi recens à Deo , sed retineri. Nisi forte Iesu ut pro arbitrio verba significant : vt quum dicunt pœnam illam alioquin retentam mutari in ieiunia , eleemosynas ; utim istas oporteat esse spontaneas , nec alio iure debitas : at quum Vasques pronuntiat pœnas aternas mutari in temporarias , perinde sit , voluntariæ sint , an necessariæ. Magno tantorum virorum pritilegio ; & , si forte , Theologis digno. Sed si , quia pœna temporales mutantur in ieiunia , ideo hæc illis sunt satisfactiones : ergo similiter , si pœna æternæ mutentur in temporarias , erunt hæc illis satisfactiones : atque ita dabuntur non tantum pœnarum , sed etiam satisfactionum satisfactiones , elegant prosector gradatione.

X. Iam quid hoc est? Quamuis Christus condigne mereri nobis potuerit remissionem pœnae æterne sine nostra actu factio[n]e, tamen efficere non potuit, neque merito suo impetrare, vi qui ante a digni eramus pœna temporaria, non maneremus illa digni, quamuis nobis remitteretur, nisi nos etiam satis faceremus. Quid est, digni pœna? An quia meriti sunt pœnam? Quorūlum? Aut quis nescit, quum agitur de remissione pœnae, supponi tanquam certum, te dignum esse pœna, & hoc tantum agi, vt, et si his meritus, id est, sis dignus pœna, tamen pœnam nullam luas? Quomodo igitur potuit efficere Christus, vt non luamus pœnas æternas, & non potuit efficere, vt non luamus pœnas temporales? An quia digni non eramus pœna æterna, sed tantum temporali? An quia, quamvis digni eramus vtrisque, tamen potuit efficere, vt ne maneremus digni pœna æterna: nec potuit idem in pœna temporaria?

XI. Nemo, inquit, per exterum fauorem alienum, aut iustitiam, for-
maliter redditur dignus qui non puniatur, qui anteā dignus erat. Quo-
modo ergo sperare potuisti, Vafques, te non daturum pœnas æternas? Ni-
si forte tibi tanta confidentia, vt negares, te prius dignum fuisse pœna æter-
na. Sed fidelibus non tanta est ignorantia, vt non certo statuant, se dignos
esse pœna æterna, id est, vt loquitur Paulus, filios iræ. Si ergo non potuit
alieno fauore, aliena iustitia, quisquam prius dignus pœna, effici non di-
gnus pœna, hunc oportet eam pœnam luere, aut satisfacere. Ergo, omnes fi-
deles oportet satisfacere pœnas æternas: aut luere pœnam æternam. At pœnas
æternas satisfaci non posse docuerunt alij Papistæ: Ergo nihil certius, quam

ut desperant fideles, & statuant, non potuisse per Christum se absoluere a poena eterna.

XII. Nimirum , multa oportet eum male interpretari , qui vnus non
vult recte intelligere . At Catholici contra statuum , cum alicuius esse à bona
mente , qui in remissione peccatorum suam iactet dignitatem : statuum ,
non posse quenquam hominum absolui à pœna peccato debita , siue tempo-
ralis ea sit , siue æterna , nisi fauore alieno , aliena iustitia . Statuum , formalem
dignitatem in ab iis virginis , qui , quid sit remissio peccatorum , nec ipse intelligat ,
nec alios intelligere pariantur : Statuum , tam potentem , tam efficacem iusisse
Christum ad temporales , quam ad æternas ponas remittendas . Statuum ,
denique , hoc ipso Vafquis experimento , vere se predixisse , non posse Satil-
factionarios non definire in contumelias Christi , cuius efficaciae limites , tam
audacter præscribant , ut hoc illum posse pronuntient , illud non posse : & hoc
tanto quidem absurdius , quando qui plus concedunt , negant minus , in co-
dem genere .

XIII. Modestiores alij , cautiioresque Vasque : qui nullam Christi criminantur impotentiam , sed nostrum accusant defectum . Concedunt ergo , Christum potuisse sufficienter satisfacere pro omnium hominum delictis , reconciliando Deo Patri hominem , expiandoque omnes peccato debitas penas : quae verba sunt Bunderij . Quid igitur causæ est , quominus dimittantur penæ temporarie ? Distinguunt varie . Bunderius : sufficientem esse quoad se : at non quoad nos : quia Deus etiam nostram requirat satisfactionem , non propter passionem Christi imperfectionem , sed ut , qui deliquimus , ipsum delictum in nos etiam vindicemus . Hanc solutionem Pelikanus & amplectitur , & dilatat , ut Jesuitam oportuit esse loquentiorem Dominicano .

X I V. Insto. Si insufficiens est tantum quoad nos: ergo in nobis esse oportet, quod obstat eius sufficientiae effectis: sic enim insufficiemt esse Christi mortem quoad infideles, quia hi opponunt suam infidelitatem, qua amota nihil obstat, quominus etiam infideles fiant participes salutis. Atqui in nobis nulla causa est, quominus dimittantur per Christi satisfactionem pœnae temporales. Ergo hæc Christi satisfactionio non est insufficiens quoad nos. Probatur assumptum, quia nulla ratio ferat ut dicamus magis dispositi ad remissionem pœnæ æternæ, quam temporalis. Deinde, quia aduersarius ipsé nullam à nobis dare potuit: itaq; alienam quæsiui, voluntatem Dei: **Quia**, inquit, **Deus etiam nostram satisfactionem requirat:** unde dicendum est, potius insufficientia quoad Deum, quam quoad nos. Sed & hæc ipsa causa est commentitia: quia non constat vlla declaratione voluntatis diuinae, sed tantum aduersariorum placito.

XV. Alij distingunt sufficientiam, & applicationem: Christus, inquit Klingius, amarissima sua passione satisfecit pro omnibus peccatis, etiam in mille mundis, quoad sufficientiam. Sed hoc suum meritum, & hanc satisfactionem nulli communicabit; nisi credenti in eum, feruantque media quæ instituit. Exemplis suaderet: vt, per Baptismum dat gratiam: per remissionem offendit erga proximum, dat remissionem peccatorum. Sic, per penitentiam promisit remissionem peccatorum. Idem Iensus Costero, & Salmeroni, & Peltano.

XVI. Concedo, nemini communicatum iri Christi satisfactionem, non sequenti media ab eo instituta. Quid ergo? Nemper est hic redditus? vtum satisfactiones haec arbitriae, (pro quibus Sophistice Klingius penitentiam substituit) sint a Christo instituta, tanquam media ad remissionem peccata temporalis. Iudicent Christiani, rectiusne Papiste affirment, & probent; an nos negemus, & refutemus. Certe nos magno praetudice omitteremus: qui ab eis cibituimus, vt remittidicant peccatas aeternas, nullis intercedentibus nostris satisfactionibus: imo etiam temporarias, saltem per Baptismum. Nam vt mittam, nullam aliam esse remissionem, quam quae fit in Baptismo; quod Catholici habent persuasissimum, negant Papista. Certe inde constat, applicari posse sufficientiam Christi, etiam non usurpantibus medium illud satisfactionum nostrarum. Nam si non posset, ne in Baptismo quidem applicaretur.

X V I I . Tapperus aliam dicit esse rationem reconciliationis , aliam remissionis : & queritur has semper confundi à Caluino . Paulus , inquit , eas distinguit , dum ait , quod Deus erat mundum sibi reconcilians in Christo , nos imputans propter ipsum hominibus delicta : posterioris ad Corinthios 5 . Bollarminus , sacrificium crucis Christi , eo potissimum spectauisse , ut nos reconciliaret , ac de impiis , & inimicis ; iustos & amicos Dei faceret . Inde ad Romanos 5 . Quum inimicis essemus , reconciliati sumus Deo per mortem filii eius : octauo , De peccato damnavit peccatum in carne , ut iustificatio legis impleretur in nobis . Prim . Petri 2 . Peccata nostra ipse pertulit in corpore suo super lignum : ut peccatis mortui iustitia vivamus . Sed cum ex non pugnare homines Christi sanguine reconciliatos , & iustificatos , operante in ipsis Christi Spiritu , & virtute , satisfacer Deo pro reatu pœnae temporalis .

XVIII. Aliam rationem esse reconciliationis, concedi potest, hoc sensu, ut intrinseca sit inter eos differentia, sive, ut sint ambae suis definitionibus distinctas. Et sic non repugnet ego sane: quomodo certum, aliam rationem esse ortus Solis, aliam diei, aliam pluviae, aliam luti: & *repugnat* *etiam ergo* *magis*. Sed nihil id ad rem: quia, sicut simul sunt ortus Solis, & dies: simul pluviae, & lutum: sic, nihil obstat, quominus & reconciliari nos Christus, & simul remiserit peccata plene. Sed potest alio sensu dici: nempe, ut realis sit disparatio, tum causarum, tum effectuum: & ne ab eadem causa sit remissio, unde reconciliatio: atque haec, ab illo fieri queat. Hoc vero sensu profecto falsum Tapperus dixit, falsum Bellarminus. Nam ab eadem Christi satisfactione reconciliationis nostra est, & remissio peccatorum: neque illa inquam absque ista. Hoc Paulus significauit, scilicet ad Corinthi. ubi annotatione est Caluini, *Et qualiter in gratiam redemptoris homines cum Deo. Vbi scilicet, imperata a peccatorum remissione, iustificentur. Nam quandiu imputat nobis peccata Deus, non cesset, ut nos habeat excessus: neque enim peccatoribus amicus, aut propitius esse potest.*

πολλού μετανιώσαν, πάτερ ἐγώ ταλόνεσθα. τοιούτῳ απέδιαιρον. οὐδὲ δύος έπειτα
ἔπειτα τὸν ἀμφεπτυχίαν, τὸ μέρος τοῦ απότομοῦ δίκλινού, καὶ τὰ καὶ κατηλάγην; εἰ μόνον
ἀφίκεται, καὶ μὴ εἶλογίστε: Quomodo reconciliavit sibi? Hoc enim illud est ad-
miratio dignum: non quod amicus factus sit tantum, sed quod sic amicus. Quo-
modo sic? Remittens eis peccata. Nam enim poterat aliter. Propterea inutilis, non
imputans eis scelerā eorum. Etenim si admissorum peccatorum rationem exigens
voluisset, omnes periremus: quia omnes mortui essent. Verumtamen quū tot tan-
tag, essent peccata: non modo nullas à nobis penas experiri, sed etiam in gratiam
nobiscum rediit: non modo peccata remisit, sed ne imputauit quidem. Adeo
Theophylactum de more, Adeo se beneuolum erga hominem. & placabilem pra-
stisit: ut non modo nullum his intulerit cruciatum, sed reconciliacionem offerret.
Nec solum missa fecit delicta, quineriam nec illa quicquam imputauit. Nam si
rationem factorum is exegisset omnes vii, interrogauit. Oecumenium. εἴ τοι δέ, οὐ
τον αὔστον δίκλινον διδάσκαλον θύρων, τῷ πεπτον αφεντικού συντημένην μετέλει,
εἰς εἰς δίκλινον τὸν ἀμφεπτυχίαν, τοῦ ἡ τις, Φησι, οὐδεὶς φέντος καταβαίνει:
Sic enim, atq; haud aliter poterat fieri conciliatio, nēpe ante omnia remissis pec-
catis: adeo ut s̄ p̄neta exegisset peccatorum, nemo superfluiris esset, qui recon-
ciliaretur.

X X. Thomam : Non reputans illis delicta ipsorum , id est , non habens in memoria illorum delicta tam actualia , quam originalia , ad puniendum , pro quibus Christus plene satisfecit . Et secundum hoc dicitur , nos reconciliasse sibi , in quantum non imputat delicta nostra nobis . Caetanum , Ecce gratuita reconciliatio , absq; exactione satisfactionis propria , sola non imputatione delictorum illius . Et signanter dicit , illus : quia imputauit delicta hominum Christo . Voluit enim Iesum Christum pauperes debitas aliorum peccatis , & pro illis satisfacere . Salmeronem , Et ita in eo nos Patri reconciliavit : qua reconciliatio in eo sis aerabit delicta nobis non imputaret , & rediremus in gratiam Dei : neq; de nobis vindictam sumiere proponeret .

XXI. En testes : à quibus hæc habes diserta. Primum, non posse reconciliationem ullam esse sine remissione peccatorum. Alterum, factam esse reconciliationem, & sic factam ; id est, in quantum non sunt imputata delicta. Tertium, hanc imputationem delictorum infere non punitionem ; excludere satisfactionem propriam. Quæ quicunque notauerit, non poterit non execrari Iesuita Iustiniani audaciam, qui diserte, Non explicat, inquit, reconciliationis naturam, sed eorum indignitatem indicat, qui iustificantur. Quod temerarium effatur, nō est quod prolixius refutemus, quem ille nulla ratione fulcierit? Nam eius autoritati facile præponderat, puto, vel minimus illorum testium. Hoc igitur missio Bellarminum consideremus: nā Tapperus suam hanc distinctionem, sive distractionem potius, non applicat argumento.

XXII. Bellarminus ergo Christi mortem vult ei potissimum spectuisse, ut nos Deo reconciliaret. Et quidem eo spectauisse, nemo Christianorum negat, sed cur dicit, potissimum spectauisse? Comparate ad remissionem, ut magis spectaret illam, quam hanc? Absurdum: si in quantum remissa sunt peccata, in tantum reconciliati sumus: si non potuerit reconciliatio fieri, nisi *τοις απεριγραπτησιν μετεπειπον*; ante omissa temissis peccatis. Itaque Catholicis certum, atque ad utramque pertinere sacrificium Christi: quia nimis & conciliauit remittendo, nec conciliare potuit nisi remittendo. Dicam amplius. Etsi catenus dici possit spectasse potissimum reconciliationem, quia haec ipsa finis est propter quem passio fuit, imo per passionem remissio: nec fuisset, aut passio, aut remissio, nisi propter eum finem: tamen prius, & propinquius spectasse remissionem, nempe quia non potuerit reconciliatio obtineri nisi per remissionem: quemadmodum pharmacum, et si finem habeat sanitatem: tamen propinquius magisq: proprium effectum, purgationem: quia, ne sanitatem quidem operetur, nisi per purgationem.

XIII. Et quis concessit Bellarmino, ut quod apud Paulum est, reconciliati sumus per mortem Filii, interpretetur, potius reconciliati, quam remissionem adepti? Nam reliqua, damnavit peccatum in carne, peccata nostra pertulit in corpore suo, remissionem sonant apertissime: tam supina est Jesuista disputatio.

XXIV. Sed denique negat, cum reconciliatione per mortem, pugnare, homines satisfacere pro reatu poenæ temporalis. Recte inquam: si non tantum aliud sit reconciliatio, aliud remissio, sed etiam non fiat remissio cum reconciliatione. Sed si contra, vt vidimus, nulla reconciliatio absq; remissione, & remissio sit, vt nulla punitorum, tum fieri non potest, vt non absurdelocutus sit Iesuitarum *Expositar.* Sic enim & punietur, & non punietur peccatum: factaq; erit, nec facta conciliatio.

XXV. Haec tenus ad argumenti partes. Sed quod intulimus, fieri iuriarum Christo si rursus negant: & demonstrat non sequi: Ioannes Dauius: cum enim cooperantes causas praeditare alias alijs, quum sunt æquo gradu: quia inter se partiuntur vim operandi. Sed in subalternatis causis, quæ à superiorib. vim suam habent, aliam esse rationem: tūm enim quanto magis hæ agunt, tanto maiorem esse laudem causæ summae.

XXVI. Sed in Sto. Primo, satisfactionem non esse subalternatam passioni Christi:rum quia Deus non subalternauit, cuius id solius ius erat, sed soli Papistæ. Tum quia, ipsa Papistarum confessione, passio Christi non operatur persatisfactionem, sed satisfactio adhibetur propter imperfectam applicationem passionis. At, que causæ aliarum defectum supplet, eas nemo subalternas, sed vicarias appellauit.

XXVII. Secundo, non tantum aequo gradu cooperantes caussas praedicare inuicem, sed etiam subalternatas, gemino casu. Primo, quum ita subalternantur, ut tamen absque iis non possit prima caussa producere effectum. Exempli gratia; et si Sol in physico ordine producat ponma: tamen quia non sine arbore, quae ei subordinatur: ideo confidenter audiat quis, non esse sufficientem Solem ad producendam pomam. At qui audiuiimus Vasquen negantem, posse Christi passionem quenquam efficeret dignum gloria, absque propria satisfactione: audiuiimus ab aliis, inquit, quum esse a Deo recipi in gratiam, sine satisfactione, eum qui multa, magisque peccata admisit, aequum cum eo, qui pauca & levia. Necesse est igitur fateri, has satisfactions nonnihil saltrem decerpere de honore Christi. Altero, in causis Ethicis, subalternæ causæ derogant primæ, quum iustificantur præter autoritatem eius. Exempli gratia, non patetur rex sibi regem vnum substituere.

factionum, prætextu subordinatae caussæ, Christi meritis substitutum esse, ipso Christo, mitto iam nolente, certe inscio. Quod pij nec ferre, ne dissimulare possunt.

C A P . X X

De remissione gratuita.

I. Tertium Catholicis argumentum. Nulla peccatorum remissio per satisfactiones humanas sit gratis. At remissio peccatorum, que sit a Deo, sit gratis. Ergo, eadem non sit per satisfactiones humanas.

ut gratis. Ergo, eadem non fit per satisfactiones humanas.
II. Asumptio manifesta est: quia remissio peccatorum est iustificatio, ut disputatum c. 15. li. 21. Arius iustificatio fit gratis, ut probatum c. 2. li. 22. vnde necessaria consequentia est; remissionem peccatorum fieri gratis. Probatur etiam ex verbis Esaiae 43. *Ego sum, ego sum ipse, qui deleo iniquitates tuas propter me.* Nam propter me dicit, exclusive, id est, non propter aliud quicquam, sed tantum propter me, quod manifestum ex praecedentibus, vbi remouentur omnia, quae Israëlitæ poterant obiciere: *Non me inuocasti Iacob,* (& est Papistis oratio in satisfactionibus) *imofatigasti me Irael: non obtulisti mihi arietem holocaustorum tuorum, & sacrificium tuum non honorasti me;* (& in satisfactionibus sacrificia, si Papistis non sublesta fides) *Non fecisti seruire in oblatione, nec fatigauisti in suffimento: non emisti mihi argento (& pecunia in Papisticis satisfactionib.) calamum aromaticum, nec adipe victimarum tuarum inebriasti me;* *ad seruire fecisti me in peccatis tuis: laborare fecisti me in iniquitatibus suis.* Potuitne breuius omnes satisfactiones remouere, quam nominatis earum capitibus generalibus?

III. Probatur autem maior; quia, gratis, significat, nihil accipere ab eo cui confertur beneficium: quod patet, cum ex eo quod remouentur omnia ex parte hominis, quibus assignari possit remissio: cum quia probauimus, cap. 3. libr. 22. ea particula excludi opera. At satisfactio-nes sunt opera. Patet ergo, non fieri gratis remissionem, quæ sit per satis-factiones Papisticas. Procopius in illum Isaiae locum; Θοραποίνειν ἡμέραν προσεύξασθαι τοῖς μένοις ὁ Φίλιος ἀποχειρίσας διέρχεται τερψά καὶ διδόνει μαρτυρία γε σύντηγμα δικαιοσύνης ἀποκαπνοῦνται, αὐτὸν τοῦ πολὺνέος αὐτοῦ; Sacrificium ergo vos non purgat, sed ego solus, qui remitto peccata gratis, & per gratiam: ius-
stificati enim sumus, non ex operibus iustitiae, que fecerimus nos, sed per multam misericordiam eius.

IV. Minorem plerique omnes aduersarij concedunt: Tapperus, Gratuitam esse peccatorum remissionem, omnes confitemur. Firma fide credendum est, gratuitam esse peccatorum remissionem, quoad culpam mortalem, & veniam, & etiam paenam eternam, immo & temporalem. Vnus, quem quidem nouerit, Valques vocavit in dubium. Neq; in Scriptura, neq; in Conciliis, inquit, dicitur, peccatum gratia remitti, immo, gratiam remissionis peccatorum noluit appellare Augustinus: epistola 105. gratiam sine meritu, sed solum inuenimus, insificari nos oratus.

V. Mirus mentis conceptus ! Iustificatio fit gratis : & remissio peccatorum non fit gratis. Quasi ad iustificationem nihil remissio pertinet. Quid igitur habebat in animo Procopius ; qui illud Esaiæ ut explicaret, meminit iustificationis ? Ego solus remitto peccata gratis. Et per gratiam iustificati enim sumus non ex operibus. Imo Paulus, quid agebat ad Rom. 3. Iustificantur gratis, id est, eius gratia, per redemtionem factam in Iesu Christo, quem proposit Deus, ut esset placamentum per fidem in sanguine ipsius, ad declarandum iustitiam suam per remissionem precedentium peccatorum. Et 4. Ei qui non operatur, sed credit in eum quis iustificat impium, imputatur fides sua pro iustitia. Sicut David pronuntiat beatum eum hominem, cui Deus imputat iustitiam absq[ue] operib[us]. Beati, quorum remissa sunt iniquitates. Sed hanc thesim ut paulo optius dictum, alias disputamus.

V. Hoc nota: probari ab Apostolo, iustificationem esse gratuitam, argumento sumpto à remissione peccatorum. Et potest quisquam negare, remissionem peccatorum esse gratuitam? Idem, eadem audacia, temeritatis damna Apostolum. Quid nunquamne aut vidit, aut audiuit Vasques, remissionem peccatorum dari in Baptismo, & dari gratis?

VII. Non est aulus Augustinus, inquit, gratiam remissionis appellare, gratiam sine meritis. Mirum vero, inquam: si merita illa conceperit absq; operib;. Nam gratiam operib; opponi iam didicerat ex Apostolo, qui diserte, *Ei qui operatur, merces non impunitur ex gratia*: Ad Rom. 4. disertius it. Quod si per gratiam, non iam ex operibus: alioquin gratia non est gratia: si in ex operibus, iam non ex gratia: alioquin operis gratia non est gratia.

VIII. Et tamen negari non potest dixisse Augustinum, *Nec ipsa remissio peccatorum, sine aliquo merito est.* Dic ergo, abusum esse meritum nomine, ut alias disputauimus, quom estemus in meritis. Apparet ex ipso tex-
tu, explicante, quatenus non esset sine merito, *Sifides hanc imperat.* At-
qui, neque imperare est meritum: alioqui mererentur omnes qui impe-
rant, & non tantum post Baptismum, sed etiam in Baptismo fides impe-
rat: quum tamen ne Papista quidem ullum in Baptismo locum assignent
merito. Denique, fides non est opus: at meritum est opus. Itaque necesse
est, meritum ab Augustino nominatum alia quadam notione, id est, impro-
pria: & quæ nihil ad satisfactiones attineat. Nam certe nullus Papistarum
est, qui fidem in satisfactionibus numerarit. Ratio in promptu: quia fides no
n est opus pœnorum: at omnis satisfactio opus pœnorum: nisi nos ludunt inq

I. Sed Vasquen missum faciamus. Reliqui, ut dixi, non dubitant, reflectionem esse gratuitam, Quomodo ergo per satisfactions: Varie. Salmo: quia possit contingere, ut quid sit simul gratuum, & solutum: ut si ad de- cente centum, exigentur tantum duo; quæ nihil ex se ad toram summam acercent. Et dixit David, Psalm. 25. Propter nomen tuum, Domine propitiabis peccato meo: multum est enim. Cui tamè propitiationi nō repugnat, quod ostendit. Vide humilitatem meam, & laborem meum; & dimitte uniuersa
peccata mea.

X. Vult ergo gratuitam esse, non quia totum donet Deus, sed quia pa-
ram exigit. Hoc illud est, nimurum, quod Vasques dicebat, respondere
onullos recentiores, satisfactionem minus perfectam. & in qua-

DE SATISFACTIONIB. PROPR.

Cui p̄cederet remissionem offensæ & culpæ, nihil obesse, quominus ipsa remissio dicatur fieri gratis. Sed hos ille recentiores castigans, prorsus abstrahit dicit à scopo in explicanda mente Scripturæ, & Patrum, qui affirmant hominem gratis iustificari. Rationem addit, *vera gratia non solum obesse retributionem ex debito iusticie: sed etiam retributionem ex sola gratitudine:* id est, quum tam exiguum meritum est, ut non imponat Deo obligationem iustitiae, sic enim descriperat paulo ante. Nēpe, quia *gratia debet esse opus, aut liberalitatis, aut misericordia: haec autem virtutes non versentur circa retributionem pro aliquo, vel minimo beneficio, sed circa meram donationem, nulla alia de causa, nisi aut sublevandi misericordiam recipientis, aut beneficiandi omnino liberaliter: antidoralis autem donatio, qua est remuneratio pro aliquo etiam minimo beneficio, aut obsequio, non est opus misericordiae, neque liberalitatis, sed gratitudinis, qua est diuersa virtus.*

XI. Optime. Nulla misericordia quicquam retribuit cuiquam merito siue magno, siue prauo. At remissio peccatorum est misericordia. Ergo hæc nihil retribuit, ne minimo quidem merito. Cur non sit hæc conclusio necessaria æque nobis disputantibus, ac Vasqui? Tum autem, ut concedā posse centrum aureos dimitti soluenti duos tantum: tamen id vsus habet, ut dicamus non vniuersum debitum donatum, sed partem donatam, reliquam solutam. At Scriptura partitionem hanc prorsus ignorat: & chirographum deletum esse pronuntiat in cruce, quod non solet fieri, quandiu vel pars manet non soluta.

XII. Intelligo, Daudem, qui precatur Dominum ut propius sit peccato suo propter nomen eius: eundem precari, ut videat humilitatem suam, & laborem suum. Concede etiam hæc non opponi, sed nego, videre humilitatem, & laborem; esse quicquam retribui humiliati aut labori, sed misereri potius humilitatis, & laboris. Nam neque significatur ijs verbis *villa virtus*, quod notauit Bellarminus, sed miserabilis status in quo verbaruntur Propheta: *Per humilitatem*, inquit Bellarminus, *non intelligit virtutem humiliatam, sed abiectionem, & vilitatem*. Genebrardus, *humilitatem, miseriam*. Si nulla virtus erat: ergo nullum meritum. Ut secuus annotaret Genebrardus, *Mihi eris propius propter tuum nomen duxata, non propter me, cuius merita nimis exigua sunt*. Catholicus alius dixisset, *cuius merita nulla sunt, sed de Papista vix vñquam plena veritatis confessio exspectanda*. Itaque *etiam rīo & magne*. Scio Iansenium interpretationem esse, *desktionem, & afflictionem meam, siue quam ab inimicio meispotior, siue quam meipsum ob peccatorum conscientian coram te affligo*. Sed Lorinus hunc posteriorem dicit esse mysticum sensum, cui iam pridem locus nullus in controversijs.

XIII. Bellarminus eo gratuitam diciremissionem, quia gratis Deus simdem, & pœnitentiam inspirat; gratis ad amicitiam, & gratiam recipiat: gratis culpam, & reatum mortis æternæ condonat: gratis denique gratiam infundat, per quam pro pœna temporali, quæ dimissa pœna remanet, satisfaciamus.

XIV. *Tūs arāwagōnias!* Gratis recipere ad amicitiam: gratis culpam, & reatum mortis æternæ condonat. Esto sanc. Perge: gratis condonare peccata. Nunc quero, quid significet gratis recipere in amicitiam? An gratis infundere dona, propter quæ postmodum recipiamur ad amicitiam? Quid gratis remittere culpam, & reatum mortis æternæ? An gratis infundere dona, quibus donis mercamur remitti eam culpam, eamve pœnam? Minime, inquiet: concedunt enim, absque villa satisfactione admitti in amicitiam: absque villa satisfactione remitti illam culpam, illasve pœnas. Cur ergo gratis remittere peccata significet potius, gratis dare eam gratiam, per quam satisfaciamus? Cur hic per ambages; potius quam ut illic recta? Aut illic recta, potius quam hic per ambages? Potestne hic Iusus cuiquam bono placere? Rursus, hæc plæ temporales pœnas remittuntur gratis in Baptismo. Gratis ergo in Baptismo: gratis in pœnitentia. Cur gratis in Baptismo sine satisfactione: gratis in pœnitentia, non sine satisfactione? Tam similibus: immo tam iisdem vocabulis, tam diuersis, tam contrarias inesse significationes estne monstrum absimile?

XV. Nobis constantior simplicitas, quibus non magis eodem sono, quam eadem notione gratis est aditus in gratiam: gratis culpa condonatur: gratis vindicta remittitur æterna: gratis pœna tollitur temporalis: gratis in Baptismo: gratis in pœnitentia: imo nec in Baptismo sine pœnitentia; nec in pœnitentia sine Baptismo. Deniq; omnia ex misericordia, liberalitateque Dei, non ex remuneratione.

XVI. Nec constantior in proprietate verborum sola, sed etiam in fidei analogia: Etenim apud Esaiam Dominus, quum profitebarit gratis remississe peccata suo populo, amouebat opera, quæ non erant opera naturæ, nimurum orationes, sacrificia, erogationes nummorum in causas pias. Præterea, disputauimus alias à ratione iustificandi remouenda esse omnia omnino bona opera. Est autem remissio iustificatio. Itaque merito à remissione remouemus omnia nostra opera bona: ut constet ei solidâ gratuitas.

CAP. XXI.

Exempla remissorum à Christo peccatorum.

I. Vartum argumentum. Sic remittuntur fidelibus peccata, quomodo Christus remisit. At Christus nunquam remisit per villas proprias satisfactiones eorum qui peccarant. Ergo peccata remittuntur absq; villis satisfactionibus.

II. Patet assumptum, eunti per omnia exempla. Matthæi 9. *Patalyticus audit, Confide, fili, remissa sunt tibi peccata tua.* Lucæ 23. *Latro, Hodie mecum eris in paradiſo.* Ioannis 8. *Adultera, Nec ego te condemnabo. Vade, & ne amplius pecces.* Lucæ 7. *Mulier peccatrix, Remissa sunt tibi peccata.* Et 18. *Publicanus, Descendit iustificatus dominum suum, potius quam Phariseus.*

III. Solutiones vel maiorem impetunt, vel minorem. Hæc breuius explicantur. Sunt autem duplices. Primo enim Bellarminus. Quis nouit an peccatorum nomine, sola culpa, & pœna æterna non intelligatur? Et Publicanus

ille, legitur quidem iustificatus præ Phariseo, non tamen ab omni pœna reatu liberatus.

IV. Leuicule. Nam ego contra, quis nescit remissionis nomine & culparum contineti, & pœnam? Nam cur his locis potius, quam alijs solam culparum, cum pœna æterna? Neque enim negat Bellarminus, ita nunquam significare, sed his locis. At nos non solemus homonymias nostro arbitrio multipli carere. De Publicano vero, de quo peculiariter Bellarminus tum agit, manifesta res est: dicitur enim iustificatus: & nos alias probauimus iustificationem opponi damnationi: hanc omnes pœnas complecti: adeo, ut qui non sit condemnatus, idem nullas det pœnas.

V. Sed enim esto homonymia. Cur dubitat Bellarminus? Dicitur, inquit, iustificatus præ Phariseo, sed non ab omni pœna liberatus. Quid si degem liberatus, aut culpa: aut pœna æterna? Eadem mihi erit vis argumenti ab eadē dubitandi causa. Dicitur iustificatus præ Phariseo, sed non à culpa liberatus: non ab æterna pœna. At non ego malignus vitilitigator. Verum Iesuitas offerit semper esse sui similes.

VI. Altera solutio, negat potius ea exempla fuisse absque satisfactionibus. Ethocrusus dupliciter. Primum Coferus. Falsum est, Magdalena, Publicanum, Latronem, sine omni satisfactione absolutos esse. Magdalena, verecundo ingressu in coenaculum Phariseorum, lacrimis, quibus Domini pedes rigauit, capillis quibus tersit, vnguento quo vñxit, vehementique dolore quo sacros pedes osculabatur, satisfecit. Publicanus, insigni contritione, & pectoris tunzione. Latro, pœna crucis, crurifragij, supplicio mortis. Paralyticus, precibus tam suis, quam balaororum graui periculo lapsus, quum super tectum deferretur, & per tetrum quatuor funibus demitteretur: denique, quum publice grabatum humeris gestaret, non veritus calumnias Phariseorum. Adultera, magnu rubore, dolore, & metu, dum caperetur, palamque deduceretur, & accusaretur.

VII. Ecce autem: qui iam iam nolebant Publicano condonatas pœnas, quia scriptum non erat: nunc examina satisfactionum obrudunt, non scriptatum. Quid istis agas *avdādīs*? Atqui memores essent suorum somniorum. Quoties enim dictum, satisfactiones ab ijs dici post remissionem culpæ? Quippe, quia non possit satisfacere, qui non sit in gratia: nec sit in gratia quisquam, quandiu non sit remissa culpa. Atqui hæc pleraque præcesserunt omnem remissionem. Quo igitur iure satisfactiones appellantur? Denique, qui adulteræ ruborem, dolorem, metum, satisfactionibus imputant, non meminere in voluntaria esse, ideoque satisfactiones potius. O quid non sibi permittant; apud suos cœcos auditores, qui nobiscum tam ludicre disputant, tau inconstanter nugantur.

VIII. Pelitanus, Matthæum, Petrum, Magdalena, ad ultimum vñque virtus spiritu vñtroneis pœnis impigre se macerasse, iugibusque satisfactionis officijs incubuisse strenue. Et idem de ceteris licere suscipiari, quamuis id in sacris literis, ut alia quoque multa, proditum non extet.

IX. Nimurum hæc probantur Legendarum autoritatem. Sed non si fingere pro ingenio potuerunt Papistæ, que superstitioni putarunt commoda, ideo Catholicis promptum, nullo discrimine pro veris facta admittere. Itaque negamus eo vñquam animo fuisse, aut Matthæum, aut Petrum, aut Magdalena, aut vñlum omnino Christianum, bene, pieque eruditum, ut crediderit, se Deo satisfactum voluntarijs vñlis pœnis. Fatemur, omnes tota vita pœnitentiam exercuisse, sed pœnitentie nomine voluntatis pœnas non nisi Papistæ indigerarunt. Viderint illi: nos sapiamus ex Scripturis.

X. Superest id genus solutionum, quarum est in maiorem propositionem insultus. Hanc igitur negant: primum Coferus, Pelitanusque. Multa Christum fecisse, non imitanda deinceps. Multa & obseruasse, quæ nos obseruare nullo modo debeamus. Sabbatum, legem Mosaicam, alia. Multa non fecisse, non obseruasse, quæ nos velit & facere, & religiose obseruare; diem Dominicam, ferias Sanctorum, Sacramentorum ritus, formasque. Non esse sequendum in ieiunio quadraginta dierum, non in miraculis, non in actionibus Messiae proprijs. Denique, non sequi, Dominus hoc illudve non fecit, vel non obseruavit: ergo, nec nos quoque, nec vñlus illius minister hoc vel illud facere, vel obseruare debet.

XI. Ut norunt magnifice declamare, ut vehementer disputare, in capiibus non controversijs! Putabam addituros natuitatem ex Virgine, passionem in cruce, resurrectionem tertio die, descensum ad limbos, ascensum ad celos: & alia multa: cur non etiam creationem cœli, & terræ? Tam enim facile hæc declamari potuere: & suisler paulo plenior, certe magnificentior oratio. Factum male, quum non est factum. Et quis non doleat, in tam ampla materia, tam facile defervuisse Iesuitic grandiloquentiæ æstum; Vno verbo respondeo, *āllas dās*. Qui enim querit, quid vos homunciones aut faciatis, aut debeat facere? Hoc nos potius querimus, hoc disputamus potius, quid Deus faciat; id est, quomodo nobis peccata dimittat. Nam de vobis multo post video: quom si dabit Deus, claves Ecclesiæ erunt præ manibus. Inter ea dum methodus nostra differt hunc laborem, concedatur fane, debere Ecclesiam peccatoribus pœnitentibus iniungere satisfactiones. At, si non sequitur, quia Christus remittendo peccata, nullam imposuit temporalem pœnam: ergo nec Ecclesia debet pœnitentibus vñlam imponere: at certe verum est: Ergo, in remittendi peccatis, nullam Deus exigit satisfactionem. Christus enim est Deus. Hanc consequentiam quis neget, dato instantiam ab aliquo exemplo opposito. Si non potest, taceto: ut sic nec veritati sit molestus, & suo pudori parcat.

XII. Reliqui insistunt exemplis explicandis: ut, et si concedant, Christum remississe absque villa satisfactione; tamen negent, omnem remissionem sic fieri, quasi videlicet alio, atque alio modo remissio fiat: & hæc exempla nihil vñiversaliter concludant. Sed hoc varij varie tentarunt efficeri.

XIII. Bellarminus. Quis neget, Christum pro arbitrio culpam, & omnem pœnam remittere potuisse? Danius prolixior, & explicator. Ex exempla eis eorum, quibus misericordiarum auctor, proprio ore absoluto-

nis sem-

in tentiam pronuntiat: quibusq; æquum esset, plus aliquid conferri ab ipso præsente Domino, quam ab eius legatis, ac ministris.

XIV. Atqui rursus hæc ~~et non apud nos~~: Comparatur enim absolutio concessa ab ipso Christo, solutionem concessam à Christi ministris. Atqui nos absolutionem ab ipso Christo arcemus. Quid; non meminerunt Sophiste, inde sibi factum controversiae initium, vt dicere, sic Deum culpam remittere, vt non tamen omnem peccatum? Non meminerunt se subiictere, Deum has peccatas, vel saltem harum peccatarum satisfactionem, exigere post eam condonationem? exigere vel in hoc seculo, vel in futuro? Quid igitur diuertunt ad absolutionem concessam ab Apostolis, ab alijs Christi ministris?

XV. Deinde, si æquum fuit amplius concedi ab ipso præsente Christo, quam ab eius ministris, cur per it hæc æquitas in Baptismo? Nisi forte amplior aliqua condonatio est, quam vniuersæ culpæ, omniumq; simul pœnaru: aut hæc non fiat in Baptismo. Rursus, si sic æquum fuit, cur Costeru negavit, Magdalenæ, Publicano, Latroni, Petro, non concessam, absque satisfactione veniam? Denique, nō vident se impingere in id dogma, quo iam pridem nihil certius in Ecclesia, æquè per ministros operari Deum in Sacramentis, ac per se ipsum. Nam cæterum sciunt, se pœnitentiam in Sacramentis numerare.

XV.I.Peltanus eos omnes vult considerari, tum primum per fidem, & caritatem insitos, & non vi aliqua Sacramentali, sed absoluta potestate à peccatis absolutos. Dauius, recens vocatos, recens missos in possessionem dominorum, & thesaurorum concessorum, ut in Baptismo.

XVII. De hac solutione audiamus Salmeronius iudicium: *Respondent quidam, illos quibus Christus remisit peccata, satisfactione non indiguisse, quia infideles erant, & nequam Christo insisti, ac proinde tunc primo iustificabantur. Verum, hac parum solida videtur esse solutio: nam illi omnes Iudei erant, ac proinde Circumcisionis Sacramento originis peccatum remissum, & consequenter, iam semel erant iustificati: ut, si ad Sacramentum paenitentie accurrisserint, omnino paenitentia indiguisserent fructibus. Explosa igitur hac soluendi ratione, & qua sequuntur. Non tatisfecit Salmeron Iesuita, Iesuita Peltani solutione, & sperauit Peltanus, sperauit Dauius, nobis satis factum ire: At qui nos altius in rem quem inquirimus, negamus, aliam esse remissionem, atque a liam, sed eandem primum vocatis, & post paenitentibus; eandem in Baptismo, & post Baptismum.*

XVIII. Salmero. Explosa hac soluendi ratione, firma videtur esse responsio: illos à Christo , mediò Sacramenti p̄enitentiae non fuisse iustificatos: quia nec ibi seruata est absolutionis forma, nec etiam exhibita confessio peccatorum debita materia. Adde quod Christus , dum vixit , ne-
dum Sacramentum Confessionis instituerat , quod ex primo die resurrec-
tionis induxit. Quare non erat, quod villam tunc exigeret satisfactionem.
Eratigitur solutio Sacramentis nequaquam alligata, quam Dominus , Sa-
cramentorum institutor, ex priuilegio illis paucis concessio , potestate excellen-
tia conferre voluit: quod nec ad Sacramentum p̄enitentiae, nec in conse-
quentiam trahendum est.

XIX. Non erat Sacramentis alligata. Concedo inquam. Sed quid? quod alligatum Sacramentis solutionem concedunt nullam exigere satis-

FINIS LIBRI VIGESIMI TERTII.

LIBER VIGESIMVS QVARTVS,
de
SATISFACTIONIBVS ALIENIS.

Caput Primum.

DE SATISFACTIONIBVS ALIENIS IN GENERE, TVM DE PRIVATIS.

DE proprijs satisfactionibus, quid sentiēdum sit re-
nemus. Nunc in orbem veniunt alienæ. Fuerunt e-
nim Papistæ ingenij tam fœundi; vt non suis tan-
tum quemq; peccat s satisfacere: sed posse dispu-
tarint aliunde satisfactiones emendicare nō suas.
Miri homines: qui neque i bi suæ salutis nullam
laudem esse voluerint: neq; se ipsis si quando co-
guntur discedere, contenti esse potuerint vno Chri-
sto. Nam, yf sibi non penitus renuntiarent, excu-
fare poterat innatus cuique nimius sui amor: sed,
vt non maluerint sibi renuntiantes, ad Christum recta i e, quam ad alios di-
uertere, & quidem quum se iactarent à Christo redemptos, monstri simile.

II. Disputarunt olim , Augustinus Triumphus Anconit. de potestate Ec-
clesiast. q.29. & quinque seqq. Ioan. Gerson, tom. 2. tractat. de Indulgencij: Angelus de Clauasio, in summa, verbo , Indulgencia: Supplementum Tho-
mas, q.25.26.27 Joan. de Turrecremata in Gratianum, de penitentia, c. Quis
aliquando vidit. Item, plurimi Scholastici in 20. distinct. 4. sentent. ex qrib.
mibi lexi, Petrus de Palude, Adrianus Florentius , Durandus de Sancto Por-
tiano: sed & Riel in 19. dicit.

III. Nostro seculo: Ioannes Fischerus Roffensis, ad arric. Lutheri 17. & quatuor seqq. Latomus contra Lutherum, artic. 7. Thomas de Vio Caetanus, opuscul. tom. i. tract. 8. 9. 10. 15. 16. & 31. respons. 4. Eckius in Enchiridio, & disp. Lipsica cum Lutherbo. Bunderius, compendij tit. 17. Klingius, Locorum lib. 3. c. 14. Alphonsus de Castro aduersus haereses, lib. 8. Cunerus Petri, de Indulgencij. Petrus Auratus, paradox. 41. Polygratus, in assertoribus quorundam Ecclesiae dogmatum. Panigarolla, Lectionis 11. p. 2. Lindanus, Panopliae libr. 4. capit. 73. Dominicus à Soto, de natura & gratia libr. 3. c. 6. conclusione 4. Thomas Bozjus, libr. 16. capit. 7. de signis Ecclesiae. Lazarus Zecchius, de Indulgencij. & Jubilao. Franciscus Turianus, in cap.

13. Constitutionum Clementis. Robertus Bellarminus, de Indulgencij,
& Iub.lao libris duobus. Gregorius de Valencia, libro vnico, de Indul-
gentijs, quem totum transtulit in Commentaria Theologica in Tho-
mam, 4. tomo, quæst. 20. Franciscus Costerus, Enchiridij cap. 12. Pel-
tanus de Saris & onibus, sectione 9. Lorichius in Fortalito. Guillelmus
Bailius, in Catechismo Controversiarum, p. 3. q. 13. tract. 3. Petrus Cotonus,
Institutionis Catholicæ li. 4 c. 3.

1 V. *Contra Papistas.* Lutherus in Articulis, & disputatione Lipsica. Calvinius, Institutionis libr. 3. cap. 5. Chemnitius, 4. parte examinis Tridentini. Marthaus Sutliuus, de Indulgentijs, & Iubilæo contra Belatmirum. De Beatus in Euangelio Romano. Petrus Molinæus, in augmento aquarum Siloe. Andreas Riuetus, in summa contiouersiatum, tract. 3. ju. 13.

V. Multi esse videbantur Papista in deterrendis à peccato conscientijs : quum & culpam exaggerarent , & p̄sonam æternani inculcarent : & tempoream vindictam librarent: vnde poterat magnum odium, ingens generati detestatio. Nec inutiles videri poterant satisfactio.num propriarum laruæ: vt s̄pē solēt etiam ex fallo positō sequi verum. Sed quæ nunc in manibus est disputatio aperte démonstrat, non fuisse in eo studio serios : quum, inquam, disputant, non tantum a seipso posse quemque Deo satisfacere : & satisfacere ijs minutis quas vidimus : sed etiam si non iplos, at per alios, quum viuos, tum mortuos. Nam prefecto, qui remedia tam levia, tam facilitia, tam obvia, peruersant, vix est ut morbi terrorem non valde minuat, non tollat omnino, & contemptum induat.

V. Panigarolla, *Quæ sit amē est, an iustificatiōis homō alia ratione pene certato tempore definita, quam retinet Deus; satisfacere possit, quam si aliquam personam in se suscipiat: Et responsum est posse alio item modo. Itaq; dicitur, Deum liberalissimum, atq; iustissimum, non solum habere satisfactionis loco opera, quæ*